¶ Proceſſionale ad vſum
inſignis ac preclare eccleſie Sar/ nouiter ac rurſus
caſtigatũ/ per excellentiſſimũ ac vigilãtiſſimum
et reuerendiſſimum in Chriſto patrem
dominũ noſtrũ dominũ epiſcopũ de Wyntoñ.
feliciter incipit Antwerpie impreſſum/
per Chriſtophorũ endouieñ.
impenſis honeſti mercatoris
Petri kaetz. Anno domini.
1523. Die vero.
6. Auguſti.

PETRVS
KAETS

¶ Venundantur Londini apud Petrũ kaetz.

a.i.

4°. W. 59. Th.

Dccclix



¶ Statio dum benedicitur aqua benedicta in omnibus dominicis diebus/et fiat modo ſequenti.

Statio

Statio &c dum bened

ITem omnibus dominicis diebus per anni poſt primam et capitulum:niſi in duplicibus feſtis ⁊ in dominica ramiſpalmarum a ſacerdote ebdomadario alba/et cum cappa ſerica induto cū dyacono et ſubdyacono textum deferentibus cum thuribulario ⁊ duobus ceroferarijs:et accolito crucem deferente omnibus albis cum amictibus indutis / et in medio preſbyterij ad altare conuerſis: et duobus pueris quorum vnus ſcilicet puer qui ad aquam ſcribitur in tabula in ſale tenendo et aquam benedictam geſtando:alter puer ſcilicet ebdomadarius lector ad matutinas in libro tenendo eidem ſacerdoti in ſuperpellicio miniſtrent ad gradum chori fiat benedictio ſalis et aque incipiente hoc modo vt ſequitur. ✠.

Exorcizo te creatura ſalis per deū vi ✠ uū per deū ve ✠ rum per deū ſan ✠ ctū:per deū qui te per hely ſeū prophetā in aquā mitti iuſſit:vt ſanaret ſterilitas aque·vt efficiaris ſal exorcizatus in ſalutē credentiū/et ſis oībus te ſumentib⁹ ſanitas aīe et corporis: ⁊ effugiat atqꝫ diſcedat ab eo loco/quo aſperſus fueris:omnis fantaſia et nequitia vel verſutia dyabolice fraudis: omniſqꝫ ſpūs immundus adiuratus. Per eū qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊



ſeculū p ignē.

Chorus reſpondeat vt ſequitur



Amen.

Et ſic finiā. oēs exorciſ. p to. an. ſequit̄. or. ſine



Dn̄s vo.m̄.cū Orem⁹.

IMmenſam clemētiam tuam omnipotens ęterne deus humiliter imploramus:vt hāc creaturā ſalis quā in vſum generis humani tribuiſti bene ✠ dicere et ſantificare tua pietate digneris:vt ſit oībus ſumētibus ſalus mē tis et coꝛpoꝛis: vt quicquid ex eo tactū vel reſperſum fuerit careat omni immūdicia: omniqꝫ impugnatione ſpiritualis


nequitie. Per dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū filium tuum
qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus.
per omnia ſecula ſeculoꝛum.
Choꝛus reſpōdeat vt ſequitur.
Amen.

¶ Sub eodem tono finiantur omnes oꝛationes ſequenteꝫ.

¶ Sequatur exoꝛciſmus aque ita incipiens.

Exoꝛcizo te creatura aque in nomine dei patris omnipo✠tentis: et in nomine ieſu chꝛiſti ✠ filij eius domini noſtri et in virtute ſpiritus ✠ ſancti: vt fias aqua exoꝛcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici: et ipſum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis / per virtutem eiuſdem domini noſtri ieſu chꝛiſti qui venturus eſt iudicare viuos et moꝛtuos et ſeculum per ignem. Choꝛus Amen. Oꝛatio ſine Dominus vobiſcum. Sed tantum dicatur cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima queqꝫ ſacramenta in aquarū ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ elemēto huic. Hic reſpiciat ſacerdos aquam. multimodis purificationibus pꝛeparato virtutē tue bene✠dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens ad abijciēdos demones: moꝛboſqꝫ pellendos diuine gratie ſumat effectū: vt quicquid in domi bus vel in locis fidelium hec vnda reſperſerit: careat omni immundicia liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens: non aura coꝛrumpens: diſcedant omnes inſidie latentis inimici et ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantiũ inuidet aut quieti: aſperſione huius aque effugiat: vt ſalubꝛitas per inuocationẽ ſancti tui nominis expetita: ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dñm noſtrũ.

¶ Hic mittat ſacerdos ſal in aquam in modũ crucis ita per ſe pꝛiuatim dicens. Commixtio ſalis et aque pariter fiat in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. ¶ Sequitur benedictio ſalis et aque pariter hoc modo incipiens.



Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛo.

DEus inuicte virtutis auctoꝛ et inſuperabilis imperij rex ac ſemper magnificus triũphatoꝛ: qui aduerſe dñationis vires repꝛimis: qui inimici rugiẽtis ſeuitiã ſuperas: qui hoſtiles nequitias potens expugnas: te dñe trementes ⁊ ſupplices depꝛecamur ac petimus: vt hãc creaturam Hic reſpiciat aquã ſale mixtã. ſalis et aque dignanter accipias: benignus illuſtres pietatis tue moꝛe ſancti ✠ fices vt vbicunqꝫ fuerit aſperſa per inuocationem tui ſancti nominis omnis infeſtatio immundi ſpiritus abijciatur: terroꝛqꝫ venenoſi ſerpentis pꝛocul pellatur: et pꝛeſentia ſancti ſpiritus nobis miſericoꝛdiam tuã poſcẽtibus vbiqꝫ adeſſe dignetur. Per dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filiũ tuũ ⁊ cum in vnitate eiuſdẽ ſpũs ſcti deus. Per oĩa ſecula ſcloꝝ. Amẽ.

Si fuerit duplex feſtum in dñica extra choꝛum fiat benedictio ſalis et aque pꝛiuatim ante aliquod altare: et hoꝛa ſexta cantata aſpergat. In alijs vero dominicis in choꝛo benedicatur: et ante tertiam aſpergatur: niſi in dominica ramiſpalmarū tunc vero ſicut in duplicibus diebus alibi benedicatur et ſexta aſpergatur licet duplex feſtum fuerit: et ſic peracta benedictione ſalis et aque accedat ipſe ſacerdos ad principale altare ⁊ ipſum ſtando circunquaq; aſpergat. In redeundo inprimis aſpergat miniſtros ordinatim incipiens ab accolito qui crucem defert. Deinde ad gradū chori rediens ibibē ſingulos ad ſe accedētes aſpergat cleri. incipiēs a maioribus. Tunc ſi epiſcopus preſens fuerit ad eū pertinet aſperſio clericorū tantū in ſede ſua incipiēs a maioribus. Poſt aſperſionē clericoꝝ laicos in preſbyterio hinc ſtantes aſpergat. Et dum aſpergatur aqua benedicta cantetur ſequens aña. cantore incipiente hoc modo vt ſequit̄.

Aña.


ASperges me domine yſo po et mundabor
Lauabis me et ſuper niuē dealbabor. ps. Miſerere mei
deus: ſecundū magnā miſericordi ã tu am. do. Verſus.
Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele
iniquitatem me am. Verſus. Gloria patri ⁊ fi li o

Deinde repetatur añ. Aſp̄ges me

Iterū repetat̄ añ. Aſp̄ges.



et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nũc et ſemꝑ



Repetatur in hũc modũ



et in ſecula ſeculorũ a Lauabis me.

Hec An̄. dicatur in aſperſione aque ſupradicto modo oĩbus dñicis per annũ de quocũqȝ fit ſeruitiũ: et in dominicis paſſionis et dñica in ramiſpalmarũ cum **Gloria patri.** et **Sicut erat.** preter ꝙ a paſcha uſqȝ ad feſtum ſancte trinitatis poſt aſperſionem aque dicat ſacerdos ad gradũ chori.



℣. Oſtende nobis domine miſericordiã tuam. ℟. Et ſalu-



Sine Dñs vobiſcũ ſed tãtum cum



tare tuum da nobis. Oremus. Oratio.

Exaudi nos dñe ſctẽ pater op̄s eterne de⁹: ⁊ mittere dignare ſanctũ angelũ tuũ de celis: q̃ cuſtodiat foueat protegat viſitet et defendat oẽs habitãtes in hoc finiat ſic.



Chorus reſpondeat ſic.



habitaculo. Per chriſtũ dñm noſtrum. Amen.

Deinde eat proceſſio hoc ordine. In primis ꝓcedãt miniſtri virgã manu geſtãtes locũ faciẽtes ꝓceſſio. Deinde pueri in ſuppel. aquã bñdictã geſtãtes: deinde accolitus crucẽ ferẽs et poſt ipſum duo ceroferr. pariter incedẽtes deinde thurib.

et poſt eū ſubdyaco. deinde dyaco. oēs albis cū amictibus indutis. abſqꝫ tunicis vel caſulis et poſt dyaco. eat ſacerd̄. in ſilr̄ habitu cū cappā ſerica. Deinde ſequant̄ pueri ⁊ cler̄. de ij. foꝛma habitu nō mutato nō bini et bini: ſed ex duabꝰ partibus iuxta oꝛdinē quo diſponunt̄ in choꝛo. Et cleri. de ſuperioꝛi gradu eodē oꝛdine quo diſponunt̄ in capite habitu nō mutato: ſed excellētioꝛes ſequent̄ per oꝛdinem q̄d in oībus dn̄icis nō duplicibus obſeruet̄ per totū annū. Et exeat ꝓceſ. per hoſtiū pꝛeſbyte. ſeptētrionale circuiēs pꝛeſbyteriū. Ep̄s ſi pꝛeſens fuerit mitrā gerat ⁊ baculū in fine ꝓceſſionis. Sacerdos vero ſiue pꝛeſens fuerit ep̄s ſiue nō: in anterioꝛi parte poſt ſuos miniſtros ꝓcedat: ⁊ in eundo ſingula altaria aſꝑgat. ¶ In dupl̄. tamē feſtis que in dn̄ica ꝯtingūt in ꝓcedēdo altaria nō aſꝑgat: ſed eat poſt dyaco. in habitu ante dicto. Deinde ab auſtrali parte ipſius eccleſie ꝑ fontes veniētes ꝓcedāt ad crucē. ſacer. cū ſuis miniſtris pꝛedictis medio ſuo oꝛdīe ſtāte. Ita q̄d puer deferēs aquā / ⁊ acco. ſtēt iuxta grad̄. ante crucē. Oēs aūt cler̄. intereſſe poſſunt ꝓceſ. totiꝰ anni: licꝫ nulle hoꝛe diei p̄ceden. interfuerit. ¶ Oībus dn̄icis diebus per totū aduē. ad ꝓceſ. in eūdō dicat̄ iſta an̄a.

An̄a.


M
Iſ ſus eſt an gelus gabꝛiel
a de o in ci uitatem nazareth ad virgi
nem mari am deſp ōſa tam ioſeph


et di xit ad eam ſpiritus ſanctus ſuperueniet in
te et virtus altiſ ſimi obumbꝛa bit ti-
bi. Ide o q꜒ & quod naſce tur ex te ſanctū vo-
cabitur fi li us de i di xit au tem mari a
ec ce ancilla domini fi at mi hi ſecundum
ver bum tu um.
Al le luya.

¶ Quādo vero ꝑuenerit pꝛoceſſio ante magnā crucē in eccleſia/niſi fieri debeat ſtatio nō dicat᷑ añ. De cruce vſq; ad inceptionē hyſto. Deus oīm. Sed ſtati poſt añ. vtat ſe ſacer. ad pplm & dicat in lingua materna ſic. Orem⁹ pꝛo eccleſia romana ⁊ pro papa ⁊ archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ ſpecialiter pro ep̄o nr̄o N. et pro decano vel pro recto. huius eccl'ie ſcʒ in eccl'is parrochialibus: ⁊ pro terra ſc̄tā pro pace eccl'ie ⁊ terre et regina ⁊ eorū liberis ⁊ cetera more ſolito. Deide vertat ſe ſacerd. ⁊ dica. iſtc ps̄. Deus miſereat̄. ex vtraq; p̄te chori more ſolito ſine nota. ex p̄te cho. principali incipiat̄. Finito p̄o. cū Gloria pa. et Sicut. ſequat̄ Kyrieleyſon. Chriſteleyſon. Kyrieleyſon. Pater no. Deinde dicat ſacer. in audiētia: ſed ſine nota. Et ne nos. Sed li. Oſtēde nobis do. Et ſalutare. Sacerdotes tui induant̄. Et ſcti tui exul. Dn̄e ſaluū fac regem. Et exaudi nos. Saluū fac ſer. Deus meus ſpe. Saluum fac ppl̄m tuū. Et regē eos. Dn̄e fiat pax. Et abundan. Dn̄e exaudi. Et clamor. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū. Oremus.

Deus qui charitatis dona per gratiā ſancti ſpiritus tuorum cordibus fidelium infundis: da famulis et famulabis tuis: pro quibus tuam deprecamur clementiam ſalutem mentis et corporis: vt te tota virtute diligant: et que tibi placita ſunt tota dilectione perficiant: ⁊ pacē tuam noſtris concede temporibus. Per chriſtū dn̄m noſtrū. Amē

Item cōuerſus ad populū dicat ſacerd. in lingua materna. Oremus pro animab⁹ N. ⁊ N. more ſolito: ⁊ poſtea vertat ſe ſacerdos ⁊ dicat pſalmū De profundis clama. ſupradicto modo ſine Gloria patri. cum Kyrieleyſon Chriſteleyſon. Kyrieleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. Requiem eternā dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue dn̄e. Credo videre. In terra viuentiū. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpiritu. Oremus.

Abſolue q̄s dn̄e animas famulorū tuoꝝ pōtificū ⁊ ſacerdotū: et animas famulorū famularūq; tuarū parentum parrochianorū amicorū et benefactorū noſtrorū/ et animas oīm fideliū defunctoꝝ ab omni vinculo delictoꝝ/ vt in reſurrectionis gloria inter ſctōs electos tuos reſuſcitari

reſpirent. Per chriſtū. Requieſcāt in pace. Amen. Hec preces predicte dicunt ſupradicto modo: oībus dñicis per annumque de dñica: ſine aliquo feſto fit ſeruitiū: niſi duplex feſtū fuerit: et niſi in ſexta die a natiuita. dñi et in die ſancti ſilueſtri ſi in dñica euenerit et niſi in dñica ramiſpalmarū.

¶ Ita tamē qđ in eccleſijs parrochi. nō ad ꝓceſſio. ſed poſt euange. et offer. ſupradict. modo dūr ante aliquod altare in eccleſia vel in pulpito ad hoc cōſtituto tamē pſ. **De profundis.** cū ꝟ. et orone. **Abſolue q̄s dñe.** ſemꝑ dr in ſtatione ante cru. in eccl'ia ſupradicto mō niſi in dupli. feſtis ꝛ in. vj. die a nati. dñi ꝛ in die ſcti ſilueſtri qn̄ in do. euen. ꝛ niſi in do. pal. vbi diximus. Finitis ꝑcibus intrēt chorū cātore incipiente. ℟ m.


Lētentur ce li et exul tet ter ra
iubi late mōtes lau dem quia domin⁹ noſter ve niet.
Et pauperum ſu o rum mi ſere bi tur.
Orie tur in di ebus eius iuſti ci a
et abundan ti a pa cis.

Et cum verſu vel ſine verſu per diſpoſitionē cātoris. ꝟ.

Sed ſine Gl'ia pa. Quod per totū annū obſeruetur / quando dicitur ℟. in introitu chori/et quando dicat̃ ℣. cantet̃ a toto choro deinde dicat ſacerdos ad gradũ chori ℣ ſicu. ſequẽtẽ.



Vox clamantis in deſerto. ℟. Parate viam domini rectas



facite ſemitas dei noſtri.

Non dicat̃ Dñs vo. poſt ꝓceſ. ſimiliter fiat per totũ annũ ſed tantum cum

Oremus.

Excita queſumus domine potentiam tuã et veni: vt ab imminẽtibus peccatorũ noſtrorũ periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante ſaluari. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpũs ſancti deus. Per omnia



ſecula ſeculorum. Amẽ.

Deinde eat ſacerdos cũ ſuis miniſtris in cimiteriũ canonicorum aſpergẽdo et orãdo ꝓ defunctis cũ iſto p̃o De ꝓfundis. ⁊ orõne

Deus cuius miſeratione anime fidelium requieſcũt/ animabus famulorũ famularũqꝫ tuarũ: hic et vbiqꝫ in chriſto quieſcẽtiũ: da propitius ſuorũ veniã peccatoꝝ: vt a cunctis reatibus abſolute: tecũ ſine fine letentur. Per eundem chriſtũ dñm noſtrũ. Amen. Requieſcãt in pace. Amen.

¶ Iſte modus ⁊ ordo ꝓceſ. ſeruet̃ gñaliter omnibus dñicis non duplici. per annũ cũ ſuis añis vel ℟is. cum orõne ⁊ ℣.

¶ In dñica tamen a. lxx. vſqꝫ ad. xl. dicat̃ ℣. poſt añ. in ipſa ſtatione ad gradũ ante crucẽ a duobus cleri. de. ij. forma ad populũ ꝯuer. habitu nõ mutato. ¶ Sil̃r a dñica ab oct. paſ. vſqꝫ ad ꝓximã dñicá ante aſcen. dñi dr̃ ℣. a. ij. clericis de. ij. forma ad ppl̃m ꝯuer. in ſuppel. corã cruce. ¶ In ꝓxima dñica ante aſcẽ. dñi dicat̃ ℣. a. iij. de ſuperiori gradu in pulpito ꝯuer. ad ppl̃z. Et ſi ep̃s in hac do. vel in quacũqꝫ alia officiũ exequat̃. Ipſe indutus in cappa ſerica cũ mitro ⁊ baculo/ac oibus ſupradictis miniſtris ad bñdictionẽ aque chorũ ſolet intrare: qui dũ fit bñdictio ſalis et aque: ſacerd. vt predicit̃ ad hoc induto in ſedẽ ſe recipiat ẽpalem: ibiqꝫ poſt aſperſionem pricipali altare a ſacerdote factã: tam canonicos q̄ ceteros clericos: ad ſedẽ epiſcopalẽ accedẽte: modo et ordine prenotato aſpergat: et tam verſiculũ q̄ orationẽ poſt Añ. **Aſperges me.** et poſt reuerſionẽ proceſſiõis in chorũ dicat vbi debet: ipe ſimiliter in dñicis per eſtatẽ ſi officiũ ſecutus ſit miſſe/vel cum or̃one dicat̃ in ſtatione ante crucẽ. Sacerdos cum predictis ad proceſſionẽ veſtitus: preces cũ orationibus ſequentibus eaſdẽ dicet more ſolito: ⁊ poſt reuerſionem in chorũ dum hora.iij. ⁊.vj. cantata fuerint: põtifex induet ſe pro miſſa. Si vero eps̃ executor officij nõ fuerit tũc in habitu clericali cum cirotecis tamẽ et baculo: clericos vt ſupra aſpergat/ ſed in proceſſione cũ cappa ſerica cũ mitra et baculo ſemper in fine procedat: ⁊ predictus ſacerdos ebdomadarius ſuper omnia exequatur que ad proceſſionem pertinent loco et habitu conſueto. ¶ Dñica.ij. ad proceſſionem añ. **Miſſus eſt ang.** In introitu chori dicatur iſtud ℟.

℟m.


R
Ex no ſter aduẽni et chri ſtus. Quẽ
iohan nes predica uit agnũ eſ ſe
ven tu rum. V. Ecce agnus de i ec=


ce qui tollit pec cata mun di. Quẽ iohan nes.

Vꝰ. Uox clamantis in deſerto. ℟. Parate viam domini rectas facite ſemitas dei noſtri. Oremus. Oratio.

Excita q̃s dñe corda nr̃a ad preparãdas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtũ purificatis tibi mentibꝰ ſeruire mereamur. Qui vi. ℟m.

Dñica.iij.ad p̄ceſſiꝰ. añ. Miſſus eſt. vts. In introitu chori dicat ℟.


Ecce radix ieſ- ſe


aſcen det in ſa lu tem popu lo rũ ip-
ſum gentes de preca buntur. Et
e rit nomẽ e ius glori o ſum. ℣. Et
e rit iuſtici a cingulũ lumborũ e ius et fi-
des cinctorium renũ e ius. Et e rit.

V⁹. Vox clamantis in deſerto. R. Parate viam domini rectas facite ſemitas dei noſtri. Oremus. Oratio.

Aurem tuā queſumus domine precibus noſtris accomoda: et mentis noſtre tenebras gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuis. &c. ¶ Dñica quarta ad proceſſionē añ Miſſus eſt. vt ſupra. ¶ In introitu chori. Rm. Rm.


Montes i ſrael ramos veſtros expandi te et flo re te et fructus fa ci te.
Prope eſt vt veni āt di es domi ni.
V. Rorate ce li deſup et nubes pluāt iuſtum aperi a tur terra et germinet ſalua to rem. Prope eſt.

V. Vox clamantis in deſerto. R. Parate viā domini rectas facite ſemitas dei noſtri. Oremus. Oratio.

Excita queſumus domine potentiam tuam et veni: et magna nobis virtute ſuccurre: vt auxiliū gratie tue quod noſtra peccata prepediunt: indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſe.

Jn vigilia natiuit. dñi.

IN vigilia natiuitatis domini/ ſi dñica fuerit ad proceſſionem aña Miſſus eſt. vt ſupra in introitu chori ℟ Montes iſrael. ℣ Vox clamantis. Oratio. Excita queſumus domine potentiā tuam et veni: et mag. ¶ Jn die natiuitatis quacunqꝫ die cōtigerit: dum hora prima ante miſſam canitur: ſex pueri ad miniſtrandum veſtiti cappis ſericis: in chorum deferant quibus ceteri clerici ad proceſſionē et ad miſſam donec cātatur Agnus dei. et Pax domini. per totum chorum data fuerit induant preter ſacerdotes ⁊ miniſtri. Quod totiens fiat: quotiens in feſtis duplicibus dominicis videlicet: vel alijs feſtis quando fit proceſſio cauſa feſtiuitatis. ¶ Dicta hora ſexta proceſſio per medium chori per hoſtium occidentale circumeundo chorum vt in omnibus alijs feſtis duplicibus per annum quo ingredietur eccleſiam: ⁊ ſic eat proceſſio circa clauſtrum hoc ordine. Precedat miniſter virgam manu geſtās locū faciens proceſſioni: deinde aqua benedicta: deinde tres cruces a tribus accolitis deferentibus: albis et tunicis: deinde ceroferarijs .ij. albis cum amictibus induti tantum: deinde duo thuribula. in ſimili habitu: deinde ſubdyaconus: tūc dyaconus dalmatica et tunica indutus text. ſingulos deferat. Poſt dyaconū eat ſacerdos in alba et cū cappa ſerica: chorus itaqꝫ ſequatur in cappis ſericis. Jn primis pueri: deinde clerici de ſecunda forma: et clerici de ſuperiori gradu iuxta predictā ordinem videlicet excellentioribus ſubſequētibus. Quod in omnibus duplicibus feſtis obſeruet̄ in quibus fit proceſſio Jta tamen quod in feſtis minoribus duplicibus non habētur niſi due cruces tantum. Preterea in die aſcenſionis domini: et in feſto corporis chriſti precedentibus vexillis per ordinem ⁊ capſula reliquiarum que a duobus clericis de ſecunda forma in cappis ſericis deferatur/ inter ſubdyaconum et thuribularium/ vt patet in ſtatione ſequenti.

¶ Ordo processionis in die natiuitatis dñi añ missam.



In eũdo cãtoꝛ incipiat R.


Descendit de ce lis
missus ab ar ce pa tris in-
tro i uit per aurem virginis in

b.j.


regi o nem noſtram indutus ſto la purpure-
a. Et exiuit per auream portam. Lux et de-
cus vniuer ſe fa bri ce mundi.

¶ Tres clerici de ſuperiori gradu in medio proceſſionis in cappis ſericis / ſimul cantent in eundo proſam ſequentem in hunc modum. Proſa.


Felix maria mundi regina te collaudant vni-
uerſa celorum agmina ſtelle miranda q̄ ſtructura.

Chorus reſpondeat verſum ſequentem hoc modo. Verſus.


Tan q̄ ſponſus dominus pro-


cedens de tha la mo ſu o.

Clerici cantent hanc proſam ſequentem in hunc modum.


F
Amiliam cuſtodi chriſte tuam qui natus alma de
mari a redemiſti morte tua ut cognoſcat te condi torē

Chorus cãtat ꝟſuz ut ſequitur.


Glo ri a patri et fi li o et ſpi
ri tu i ſan cto.

Clerici aliam proſam.


T
E laudant alme rex tellus pontus celi ſide ra.

Que ſcilicet proſa in ipſa ſtatiõe ante crucē ab ipſis finiatur: et poſt unumquemqȝ verſum reſpõdeat chorus cantũ proſe ſuper .iij. vocales A.O.E. quod in omnibus proſis obſeruetur.




V. Qui primus ad vota tu e maieſtatis cõ
dens omnia. A.
V. Hodi e natũ ante ſecula.


R. V. Filium per virginis viſcera. R. V.
Naſci mūdo. R. V. Voluiſti. R. V. Tua clemētia.
R. V. Ut pelleres orbis crimina veniens lux aurea

Chorus reſpōdeat vt ſequitur.


Fa brice mundi.

In introitu chori dicatur hec an̄. cantore incipiente hoc mō. Añā.


Hodi e chriſt⁹ nat⁹ eſt: hodie ſaluator apparuit
Hodi e in terra canūt angeli letant̄ archāgeli: hodi e
exultēt iuſti dicentes glori a in excelſis de o al leluya.

Si hec antiphona non ſufficiat ad introitū chori: tunc repetatur in predicta antiphona Hodie in terra canūt angeli. V. Benedictus qui venit. et Deus dn̄s et illuxit nobis. Oratio

Concede queſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem chriſtum.

Modus et ordo proceſſionis huius diei locū habent in omni duplici feſto per totū annū quod ex ſolemnitate ſua proceſſio habet. excepto quod in alijs feſtis non dicatur proſa: et excepta purificatione ſi epiſcopus preſens fuerit et exequat̄ officiū in proceſſio. oēs dyaconi et ſubdya. proceſ. inſi. incedāt. [illegible]lēdū eſt qđ in oib⁹ maioribus feſtis dupli. tres accoliti in proceſ. ante crucē ad tres cruces deferendas tunicis in[illegible]nt in quibus ad miſſam ſubſequētem miniſtrent. Principalis accolit⁹ eſt ille videlicet in tabula dñicalis notatus vel per ebdomadā ſuū exequat̄ officiū mediā crucem defert: ſecundus ex altera parte chori principalis: tertius ex ea parte. iiij. primus crucē baiulat ex altera parte chori.

¶ In die natiuitatis do. poſt veſpas finito primo Benedicamus. a duobus de .ij. forma in ſuperpellicijs ꝯueniāt oēs dyaconi in cappis ſericis portātes cereos ardētes in manibus: et ſic eat proceſſio per mediū chori ad altare ſancti Stephani cantando hoc ℞. cantore incipiente hoc modo.

℞m.


Ancte de i precio ſe pro-
thomartyr ſtepha ne qui virtu te chari-
ta tis circumful tus vndi qꝫ do minum


pro i ni mi co ex o ra ſti po pu lo. Funde pre-
ces pro de uoto tibi nūc col-
legi o.
Ut tu o
propici a tus interuentu dominus nos purgatos a
peccatis iungat ce li ciui bus.
Funde proſam.
Proſa
Te mundi climata prothomartyr laudant omnia.
A.
℣. Qui
primus ad martyri j glo ri o ſa currens braui a.

Tres dyaconi dicant ſimul hunc ℣.

Oēs dyaconi dicāt ſimul hāc

Chorus vel organa reſpondeat cantum proſe ſuper literā A. poſt vnū quemq; verſum.



A. V. Hodie ſacra plenus gratia. A.



V. Domini ſequeris veſtigia. A. V. Quẽ videre. A. V. Meruiſti. A V. Patris in gloria. A.





V. Vt pelleres lapidantum crimina ſupplicans deveni a-



funde.

Ad hanc proceſſionem dicatur Gloria patri. ſed dum proſa canitur: thurificet ſacerdos altare: deinde imaginem ſancti ſtephani: et poſtea dicat modeſta voce hunc verſum.



Gloria et honore coronaſti eum domine. Orem⁹. Oratio.

Da nobis q̄s dñe imitari qđ colim⁹ / vt diſcam⁹ et inimicos diligere: q̄a eius natalicia celebram⁹: qui nouit etiã ꝓ ꝑſecutorib⁹ exorare dñm nr̃m ieſũ xp̃m fi. Chor⁹ Amen. In redeundo dicat aliqua añ. de ſctã maria. vel Rm. Rm.



Stirps ieſ ſe vir-


gam pꝛo du xit vir ga qꝫ flo-
rem. Et ſuper hanc flo rē requie ſcit ſpiri
tus al-
mus. ℣. Uirgo dei genitrix virga eſt flos fil ius
e ius. Et.

Nō dicit᷑ Gloꝛia patri. Sed ſacerdos ad gradū choꝛi dicat verſum. Specioſus foꝛma pꝛe filijs hominum. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. nō dicat᷑ vlteriꝰ Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi pꝛemia pꝛeſtitiſti: tribue q̄s: vt ipſam pꝛo nobis intercedere ſentiamꝰ per quā meruimꝰ auctoꝛē vite ſuſcipere. dn̄m noſtrū ieſum chꝛiſtū filiū tuum Qui tecū. ¶ In die ſancti ſtephani ſi dn̄ica fuerit eodē modo fiat pꝛoceſ. quo in ceteris diebus dn̄icis pꝛeter habitum et excepto qđ hac die tres dyaconi pꝛoſam in eundo cantent in medio pꝛecedeñ. que in ipſa ſtatione ante crucē ab eiſdē terminet᷑: cetera vt ſupꝛa. ℟. Sancte dei p̄cioſe. ℣. Ut tuo.

et percantetur a toto choro: tres dyaconi dicant prosam. Te mundi. choris. ℣. Et sic deinceps a toto choro. Gloria patri. et dicatur hoc modo.


Glori a patri et fili o et spiri tu i sancto.

Fun. In redeūdo añ Hodie christus nat⁹. ℣. Benedictus qui ve. Oro. Cōcede quesumus op̄s deus. Simili modo de sancto iohanne et de innocen. Et [redacted] si in dñica festū illoꝝ euenerit cū.ix.℟. et ℣. et prosa. et Gloria patri. Et semper in redeundo usqꝫ ad circūcisionē dicat' añ. Hodie christus. cum ℣ et orōne ut supra. ¶ In die scti stephani ad.ij. vesp. post mēoriā de natiuita. cōueniāt oēs sacerdotes in cappis sericis cum cereis ardētibus in manibus: et sic eat processio ad altare apostolorū per medium chori cantando responsoriū. ℟m.


In me di o eccle si e a peru it os e ius. Et impleuit eum do mi nus spiritu sa pien ti e et in tel le ctus. ℣. Mi sit dominus manū suam et te ti git os


me um. Et imple uit.

Omnes ſacerdotes ſimul dicāt hāc proſam ſequentem hoc modo.


Proſa.
Naſcitur ex patre zebedeo matre maria. A.
ꝟ. Et volat ante alios in domini theologia.
A.
ꝟ. Domine regꝫ dei gratia.
A
ꝟ. Aſiana vincēs gimnaſia. A.
ꝟ. Vas penale. A.
ꝟ. Ius letale. A.
ꝟ.
Pathmos exilia. A.
ꝟ. Vocatur chriſti clemētia


ſenex ad conuiuia. Et imple.

Ad hanc proceſſionem nō dicatur Gloria patri: ſed dum proſa canitur thuriſicet ſacerdos altare / deinde imaginem ſancti iohañ. et poſtea dicat modeſta voce verſiculũ. **Valde honorandus eſt beatus iohannes.** ℟. **Qui ſupra pectus domini in cena recubuit. Oratio.**

Eccleſiã tuã queſumus dñe benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen. In redeundo dicatur aliqua añ. de ſancta maria vel reſponſoriũ **Solem iuſtitie.** quere in die natiuitatis eiuſdem. Oratio vt ſupra.

¶ In die ſancti iohannis apoſtoli: ſi dominica fuerit ad proceſſionẽ eodem modo fiat vt in die ſancti ſtephani: excepto qđ hac. iij. ſacerdotes in eundo dicãt proſam in medio chori que in ipſa ſtatione ante crucem terminetur in eundo. ℟m. **In medio.** Verſus. **Miſit dñs.** In introitu chori. Antiphona. **Hodie chriſtus.** Verſus. **Benedictus qui venit in nomine domini.** Oratio vt ſupra.



¶ In die ſancti iohannis ad veſperas poſt memoriã de ſancto ſtephano eat proceſſio puerorum ad altare ſancte trinitatis: et oim ſanctorũ qđ dicat. **Salue.** in cappis cereis ardentibus in manibus cãtando: ep̃o pue. incipiẽte hoc modo ℟m.


Centum quadragin ta quatuor mili a qui ẽpti ſunt de terra hij


ſunt qui cum mulie ri bus nō ſūt coinquina
ti virgines enim permāſerūt. I deo re-
gnāt cū de o et a gnus de i cum il lis
Hij empti ſunt ex omnibus pꝛimitie de o
et agno et in oꝛe e o rū nō eſt inuentū mēdaci-
um. I deo.
Sedentē in ſupne maieſtatis arce. E
V. Adoꝛant humilime pꝛoclamātes ad te. E.

Tres pueri dicāt verſū ſequentem.

Omnes pueri dicant hanc pꝛoſam Choꝛus poſt vnumquēꝗ verſum/ reſpondeat cantum pꝛoſe ſuper vltimam literam.

Pꝛoſa


℣. Sancte ſancte ſancte ſabaoth rex. E.
℣. Plena ſunt omnia gloꝛie tue. E.
℣. Cum illis vnde viginti quinqꝫ. E.
℣. Atqꝫ cum innocentiſſimo grege. E. ℣. Qui
ſine vlla ſunt labe. E. ℣. Dicentes excelſa voce
E. ℣. Laus tibi ſit dñe rex eterne gloꝛie. J deo.

Ad hanc pꝛoſam nõ dicatur Gloꝛia patri. ſed dum pꝛoſa canitur tũc eps̃ puer̃. thurificet altare/ deinde imaginẽ ſancte trinitatis: ⁊ poſtea dicat modeſta voce. ℣. Letamini in dño et exultate iuſti. ℟. Et gloꝛiamini oẽs recti coꝛde Oꝛemus

DEus cuius hodierna die pꝛeconiũ innocentes martyꝛes non loquendo/ ſed moꝛiendo confeſſi ſunt: oĩa in nobis vitioꝛum mala moꝛtifica: vt fidem tuam quam lingua noſtra loquitur: etiã moꝛibus vita fateatur. Qui cum deo patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſcl'a ſeculoꝛū. Amē. In reuertēdo pꝛeceptoꝛ pueroꝝ incipiat de ſancta maria ℞. Felix nāqꝫ require in aſſumptio. beate marie: et ſi neceſſe fuerit dicatur. ℣. Oꝛa pꝛo populo, et loco Aſſumptionem dicatur Commemoꝛationē. Et ſic pꝛoceſſio choꝛum intret per oſtium occidentale vt ſupꝛa: et omnes pueri ex vtraqꝫ parte choꝛi in ſuperioꝛi gradu ſe recipiant: et ab hac hoꝛa vſqꝫ poſt pꝛoceſſionē diei pꝛoximi ſuccedeñ. nullus clericoꝛum ſolet gradū ſuperioꝛem aſcendere cuiuſcunqꝫ conditionis fuerit. ¶ Ad iſtam pꝛoceſſionē pꝛo diſpoſitiōe pueroꝛū ſcribunt canonici ad miniſtrandū eiſdē maioꝛes ad thuribulandū et ad libꝛū deferendū minoꝛes ad candelabꝛa deferēda. Ep̄s in ſede ſua dicat verſiculū. Specioſus foꝛma pꝛe filijs ho. ℞. Diffuſa eſt. Oꝛatio. Deꝰ qui ſalutis eter. que terminetur ſic Qui tecum viuit et regnat. Pax vobis. Et cum ſpiritu tuo. ſequatur. Benedicamꝰ dño A duobus vicarijs vel a tribus extra regulā. Poſt hec ep̄s pueroꝛū in ſede ſua benedicat populū in hunc modū Crucifera. accipiat baculū ep̄i in manu conuerſus ad epiſcopum: et incipiat hanc antiphonā ſequentem in hunc modum.

Aña.


PRinceps eccleſi e paſtoꝛ o ui lis
cunctam plebē tuam benedice re digneris.
Cum manſue tudine et cha rita te hu mi-

Hic ꝯuertat ſe ad ppl'm ſic dicendo.


li ate vos ad benedicti onē.

Choꝛ⁹ reſpondeat ſic


Deo gratias

Deinde tradat baculū epo: et tūc ep̄s puerorum pꝛimo ſignando ſe in fronte ſic dicēdo.


Adiutoꝛiū noſtrū in nomine dn̄i.

Choꝛ⁹ reſpōdeat ſic


Qui fecit celum et terram.

Item epiſcopus ſignādo ſe in pectoꝛe dicat.


Sit nomen domini benedictum. ℞. Ex hoc nunc et vſq;



Deinde ep̄s puerorū cōuerſus ad clerum eleuet bꝛachiū ſuū: et dicat hāc benedictionē hoc modo.


Crucis ſigno


vos conſi gno.

Hic conuertat ſe ad pp̄l'm dicēdo ſic


veſtra ſit tu i ti o.

Deinde conuertat ſe ad altare ſic dicendo.


Qui nos emit et re demit ſu e

Poſtea ad ſeipſū reuerſus/ ponat manum ſuper pectus ſuū dicendo


carnis pꝛe ci o.

Choꝛus reſpondeat ſic.



His itaqꝫ peractis incipiat ep̄s puerorū cōpleto. more ſolito: ⁊ poſt cōplet. dicat ep̄s pue. ad chorū cōuer: ſub tono ſupra dicto modo **Adiutoriū noſtrū.** et **Sit nomen dn̄i** Deinde dicat ep̄s **Benedicat vos omnipotēs deꝰ pater et filiꝰ et**


ſpiritus ſanctus.

In die ſanctorū innocentiū ſi dominica fuerit eodē modo proceſſio fiat vt in die ſcti ſtepha. excepto qđ hac die. iij. pueri precedēt in eūdo/ dicāt in medio proceſ. que in ipſa ſtatio. ante crucē ab eiſdē terminet. In eūdo. R̄. **Centū quadra.** V̄. **Hi empti** **Proſa.** **Sedentē in ſup.** ſequat


Gloria patri et fili o et ſpiri tu i ſan cto.

Idē. In introitu chori vbi de naui. ¶ In die ſctōꝝ innocentiū ad veſp. poſt mēo. de ſctō iohāne accipiet crucifera. baculū ep̄i puer. et cantet añ. **Princeps eccleſie.** ſicut ad. i. veſp ſilr̄ ep̄s puerorꝝ bn̄dicat pplꝫ ſupradicto mō: ⁊ ſic ꝯplicat ſerui. huiꝰ diei. Deinde eat ꝓceſ. ad alt. ~~ſcti thom. mar.~~ habitu nō mutat. abſqꝫ cereis in mañ. cātād. R̄. cātore incipiēte hoc mō.

Rēm.


Ac cet grauāoppreſ ſum pa le a
in ſtuſce ſuſpꝛano rū fra me a
Ce lum do mo cōmutantſ lu

In introitu cho. de natiuit. vrs̄. ¶ Sexta die a natiui. dñi ſi dñica fuerit ad ꝓceſ. ℞. Deſcendit ṽ. Tanq̄ ſponſus. et dicitur ſic.


Tam q̄ ſponſus.

&c. ſine proſa cū Gloria patri. ¶ In redeūdo: de natiui. vrs̄. ¶ In die ſcti ſilueſtri ſi dñica fuerit. ℞. Chriſti miles. In introitu cho. de natiuit. vrs̄. ¶ In die circū. ſi do. fuer. modꝰ & ordo ꝓceſ. fiat hac die vt in die ſcti thome mart. dicat. ℞. Vm.


Verbum caro factum eſt et habita uit
in no bis. Cuius glori am vidimus
qua ſi vnigeni ti a pa tre. Plenū
grati e et veri ta tis.
ṽ. In principi o e rat verbū & verbū erat apud de-
um et deus e rat verbū. Cuius.

Tres cler. de ſuperiori gradu in capis ſericis in medio proceſ. dicāt pſalm. c.ij.

pꝛoſa


Quem ethera et terra atq̄ mare non pꝛeualent
totū capere. E. ℣. Aſine pꝛeſepe in-
fans implet celos regens vbera ſugens. E.
℣. Factoꝛ matris factus hodi e eſt de matre.
E. ℣. Cre atoꝛ ſeculoꝛum cre atus hodi e.
E. ℣. Naſcitur mundo oꝛi ens yſa i as
quem vocauit e manu el Cuius.

Gl̄ia patri. Plenum. In introitu chori dicatur R̄. de ſancta maria.

R̄em.


Te laudant angeli ſancta de i


geni trix que virū non cognouiſti et do mi-
nū in tu o vte ro baiula ſti cō cepiſti per au rē
do mi num noſtrum. Ut be nedicta dica ris
inter om nes muli e res.

¶ Cum verſu vel ſine verſu pro diſpoſitione cantoris.


Ipſum genuiſti et in preſepe poſu i ſti
quem adorat multitudo ange lo rum. Ut be.

℣. Poſt partū. Oro. Deus qui ſalu. vꝰs in ꝓceſ. ſcti ſtepha.

¶ In oct. ſcti ſtepha. ⁊ ſcti ioħā. ⁊ ſctoꝝ innocē. ſi do. fuerit fiat ꝓceſ. ꝓ oia ſicut in die / ꝑter hiſtū ⁊ ſine ꝓſis. In introitu xp̄o. a circūciſio. vſqꝫ ad purifica. ⁊ ſi lxx. in purifi. euenerit ſemꝑ de ſctā maria dicat̄ ℟. Te laudāt ange. vꝰs in circūci. excipiunt cū dies epy. ⁊ do. infra oct. eiuſdē ⁊ in octa. ſi do. euenerit. ¶ In vigilia epypha. ſi dn̄ica euene. ad ꝓceſſionē in eundo dicat ℟. Verbū caro. cū verſu et cū Gloria patri, ſed ſine proſa. In introitu chori de ſancta maria. vt ſupra.

¶ In die epy. quacūq; fer. ꝯtigerit modus & ordo fiat ꝓceſ. per oia ſicut in die nati. dñi preter ꝓſam. In eūdo cant. ℟. ℟m.


Tria ſunt munera precio ſa que obtulerūt
magi domi no in di e i ſta & habēt
in ſe diui na miſte ri a. In au ro
vt oſten datur regis poten ti a in thu-
re ſacerdotem magnū conſide ra Et in mir-
rha dominicam ſepul tu ram. V.
Salutis noſtre auctorē magi venerati ſunt in cuna-


bulis et de theſauris ſuis miſticas e i munerū ſpe=
ci es ob tu le runt. In au ro vt oſtē. Aliud.
Rm.
R Eges tharſis ⁊ in ſu le mu ne ra
offe rent. Reges a ra bum et ſaba
do na. Domino de o ad du cent'
t adora bunt eum omnes re ges: omnes gentes
ſer ui ent e i. Reges.
Gloria pa. Dño deo.
IN columbe ſpeci e ſpiritus ſan=


ctus viſus eſt. Pater na vox audi ta eſt
Hic eſt fi li us me us di le ctus in quo
mihi bene compla cu i Ip ſum au-
di te. ℣ Uox do mini ſuper aquas de-
us maieſtatis intonu it dominus ſuper aquas
mul tas. Pater na.

verſus Uox domini ſuper aquas multas. ℟m. Dominus. Oremus.

Oratio.

Deus q̃ hodierna die vnigenitũ tuũ gẽtibus ſtella duce reuelaſti: ꝯcede ꝓpitius: vt q̃ te iam ex fide cognouimus: vſqȝ ad cõtẽplandã ſpeciẽ tue celſitudis ꝑducamur. Per xp̄m. ¶ Dñica infra octa. epy. ⁊ in oct. ſi dñica fu'e. ad ꝓceſ. ℟. Tria ſunt. In introitu cho. ℟. In colũbe. ℣⁹. Uox dñi. Orõ Deus q̃ hodier. ¶ Dñica. j. poſt oct. epy. ⁊ in oib⁹ dñicis ab hinc vſqȝ ad. lxx. qñ de do. agit: mod⁹ ⁊ ordo ꝓceſ. fiat vt in dñica. j. aduentus dñi ad proceſſio. ℟. hoc modo.


Am.
Abſcondi tanq̃ aurum pecca ta
me a et ce la ui in ſi nu me o in-
iquita tem me am. Miſe rere mei de-
us ſecundum magnam miſericor di am
tu am. ℣. Quoniam iniquitatẽ meam e go
ag no ſco: et delictum meum coram me eſt ſemper
tibi ſo li pecca ui. Miſe rere me i.

Gloria. Miſere. In introitu cho. vſq; ad puri. dicat̃ de ſctã maria. ℟. Te laudãt. vtš. Poſt purificat. vero ad. lxx. dicatur in introitu chori Añã. Aue regina. vel alia antipho. de ſancta maria cum hoc verſu. Poſt partum. Oremus. Oro.

Concede q̄s miſericoꝛs deꝰ fragilitati nr̄e pꝛeſidiū: vt qui ſcte̅ dei genitricis ⁊ v̄ginis marie ꝯmemoꝛationem agimus/interceſſionis eius auxilio/a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per. ¶ Dñica. lxx. ad pꝛoceſſionē. Añā.

Añā.


Ecce chariſſimi dies il la iudici a
magna et terri bi lis in ſtat. Pꝛetereunt dies no-
ſtri et velo ci ter adue nit pꝛeclarus aduen-
tus domini iam crebꝛo ſono nos hoꝛta-
tur et di cit pꝛi uſ ꝙ o ſti um pa-
ra di ſi claudatur vnuſquiſ ꝗ
ve ſtrum cibo pꝛoperet vt intro i-


ens in e ter num cũ do mino re-
gnans pꝛepa ra te voſmet ipſos. Ut vi-
de atis immoꝛta lem ſpon ſum et poſſi de-
a tis re gna ce-



Duo clerici de ſecũda foꝛma in ſtatione ante crucem ad populũ cõuerſi/habitu non mutato cantant.


Ecce mater noſtra hieruſalem cum magno affe-
ctu cla mat ad nos et di cit veni-
te fi li j me i dilectiſſimi ve ni-

In ſeptuageſima.

In introitu chori ante purificationem dicitur. Te laudāt. ſi poſt dicatur Ps.


te ad me. Ut vide atis.
Rm.
Vbi eſt abel frater tu us di xit do mi-
nus ad ca ym. ne ſci o
domi ne nūquid cu ſtos fratris mei ſum e
go/ et di xit ad e um. Quid fe ci-
ſti ec ce vox ſanguinis fratris tu i a-
bel cla mat ad me de ter ra. V.
Ma le di cta ter ra in o pe re tu o que


aperu it os ſuum et ſuſcepit ſanguinē fratris tu i de
manu tu a. Quid fe ci.

Verſus. Domine refugium factus eſt nobis. Rm. A generatione et progenie. Oremus. Oratio.

Preces populi tui queſumus domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per chriſtum

¶ Dñica in .lx. ad proceſſionē Añ. Ecce chariſſimi. vt ſupra

In introitu chori de ſancta maria: ſi .lx. ante purificationē euenerit: ſi vero poſt purificationem euenerit. Rm.


Rm.
B E ne dicens er go de us no e a it
ne qua ꝙ vltra male di cam ter re pro-
pter ho minē. Ad ima ginem quippe de i fa
ctus eſt ho mo. V. Hoc e rit


ſi gnum fe deris in ter me et terram archũ meum
po nam in nubi bus ce li. Ad ima ginem.

Verſus. Domine refugium factus es nobis. ℟m. A generatione et pꝛogenie. Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus qui conſpicis quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede pꝛopicius: vt contra omnia aduerſa doctoꝛis gentium pꝛotectione muniamur. Per chꝛiſtum dn̄m noſtrum. Amē. ¶ Dn̄ica in quinquageſima ad ꝓceſ. An̄. Ecce chariſſimi. In introitu choꝛi de ſancta maria: ſi. l. ante purifi. euene. vtſ̄. ſi vero poſt puri. eue. dicat hoc ℟. ℟m.


Tempta uit de us abꝛa ham et
di xit ad e um tol le fi li um
tu um quē di li gis y ſa ac et offe res illum mi-
hi in holocau ſtum Super vnum montium


quẽ di xe ro ti bi. ℣. Immo-
la de o ſacri fi ci um laudis et redde al tiſſi mo
vota tu a. Super vnum montium.

Verſus. Domine refugium factus es nobis. ℟m. A generatione et progenie. Oremus. Oratio.

PReces noſtras queſumus domine clementer exaudi atq; a peccatorum noſtrorum vinculis abſolutos ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Feria quarta in capite ieiunii poſt ſextam in primis fiat ſermo ad populum ſi placuerit: deinde proſternant ſe clerici in choro/ et dicant ſeptem pſalmos penitentiales cũ Gloria patri. et. Sicut erat et Añ. Ne reminiſcaris. Excellentior vero ſacerdos precedat indutus cappa ſerica rubea/ cũ aliis veſtibus ſacerdotalibus/ cũ dyacono a dextris et ſubdyacono a ſiniſtris/ et ceteris miniſtris altaris qui omnes ſint albis cum amictibus induti a veſtibulo ad gradum altaris procedant: et ibi dicant ſeptem pſalmos penitentiales in proſtratione videlicet.

¶ Sequuntur ſeptem pſalmi penitentiales.

Añ. Ne reminiſcaris. Pſalmus.

DOmine ne in furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ in ira tua coꝛripias me. Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum: ſana me domine quoniā cōturbata ſunt omnia oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſqꝫquo. Conuertere domine et eripe animam meam: ſaluū me fac pꝛopter miſericoꝛdiam tuam. Quoniam nō eſt in moꝛte qui memoꝛ ſit tui: in inferno autem quis cōfitebitur tibi. Laboꝛaui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachꝛymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt a furoꝛe oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocē fletus mei. Exaudiuit dominus depꝛecationem meam: dominus oꝛationem meam ſuſcepit. Erubeſcant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter.

Gloꝛia patri. Sicut erat. Pſalmus.

BEati quoꝛum remiſſe ſunt iniquitates: et quoꝛum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerūt oſſa mea: dū clamarē tota die. Quoniā die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea dum cōfigitur ſpina. Delictū meum cognitum tibi feci: et iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: et tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pꝛo hac oꝛabit ad te omnis ſanctus: in tempoꝛe opoꝛtuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non appꝛoximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo et inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus et mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo et freno maxillas eorū conſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in domino miſericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi et confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea: a facie ire tue non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniã iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū: et ſicut onus graue grauate ſunt ſup me Putruerūt et corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiētie mee. Miſer factus ſum et curuatus ſum vſqꝫ in finem: tota die cōtriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: et nō eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum: ⁊ gemitus meus a te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt/ dereliquit me virtus mea: et lumē oculorū meorum/ et ipſum non eſt mecum. Amici mei et proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt et ſteterūt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanꝙ ſurdus non audiebam: et ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: et non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando ſupergaudeāt mihi inimici mei: et dum com mouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: et doloꝛ meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pꝛo peccato meo. Inimici autem mei viuūt et confirmati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui oderūt me inique. Qui retribuūt mala pꝛo bonis detrahebāt mihi: quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine: deus meus ne diſceſſeris a me. Intende in adiutorium meum: domine deus ſalutis mee. Gloꝛia patri. Ps.

Miſerere mei deus: ſecundum magnam miſericoꝛdiā tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatē meam. Amplius laua me domine ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: et peccatum meum cōtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coꝛam te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis / et vincas cum iudicaris. Ecce eni in iniquitatibus cōceptus ſum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapiētie tue manifeſtaſti mihi. Aſperges me domine yſopo et mundaboꝛ: lauabis me et ſuper niuem dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Coꝛ mundum crea in me deus: et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne pꝛoiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudē tuam Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis nō delectaberis. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum et humiliatū deus non deſpicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua ſyon: vt edificētur muri hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie: oblationes et holocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuam a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuā. In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerūt. Percuſſus ſum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meū. A voce gemitus mei: adheſit os meū carni mee. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nocticorax in domicilio. Vigilaui et factus ſum: ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduerſum me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panem manducabam: et potum meum cum fletu miſcebā. A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego ſicut fenum arui. Tu autem dn̄e in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione et generationē. Tu exurgens dn̄e miſereberis ſyon: quia tēpus miſerēdi eius quia venit tēpus. Quoniā placuerūt ſeruis tuis lapides eius: et terre eius miſerebunt. Et timebūt gentes nomen tuum dn̄e: ⁊ omnes reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dn̄s ſyon: et videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: et non ſpreuit precem eorum. Scribātur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominū. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum vt ſolueret filios interemptorū. Vt annuncient in ſyon nomen domini: et laudē eius in hieruſalē. In conueniēdo populos in vnū et reges vt ſeruiant domino. Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatem dierum meoꝛum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meoꝛum: in generatione et generationem anni tui. Initio tu domine terram fundaſti: et opera manuum tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt tu autem permanes: et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertoꝛium mutabis eos et mutabūtur: tu autem idem ipſe es/ et anni tui non deficient. Filij ſeruoꝛum tuoꝛum habitabunt/ et ſemen eoꝛum in ſeculū dirigetur. Gloꝛia.ps.

De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem depꝛecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit. Quia apud te pꝛopitiatio eſt: et pꝛopter legem tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctē: ſperet iſrael in domino. Quia apud dominum miſericoꝛdia: et copioſa apud eū redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloꝛia patri. Sicut erat. Pſalmus.

Domine exaudi oꝛationem meam / auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia. Et nō intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitā meam. Collocauit me in obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus / in me turbatum eſt coꝛ meum. Memoꝛ fui dierum antiquoꝛū meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me dn̄e: defecit ſpūs meus. Non auertas faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcendētibus in lacū. Auditā fac mihi mane miam tuam:

quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi/doce me facere voluntatem tuā: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuū dñe: viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam: ⁊ in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego ſeruus tuus ſum. Gloria pat. Aña. Ne remiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum noſtrorum/neqꝫ vindictam ſumas de peccatis noſtris. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et hec omnia ſine nota dicant̄ tā a ſacerdote ꝙ a toto choro. Deinde erigat ſe ſacerdos cū dyaco. et ſubdya. et cum puero librum ſibi adminiſtrante et ſtādo conuerſus ad orientē dicat ſuꝑ populū cum nota hoc modo.



Et ne nos inducas intēptationē.

Et clerici reſpondeant. Sed libera nos a malo. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ancillas tuas. Deꝰ meus ſperātes in te. Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Conuertere domine vſqꝫquo. Et deprecabilis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter. Et propter gloriā nominis tui dñe. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus. Dñs vobiſcum. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Exaudi domine preces noſtras et confitentiū tibi parce peccatis vt quos conſcientie reatus accuſat/ indulgentia tue miſerationis abſoluat. Per chriſtū dominum no. Et omnes orationes dicantur cum Oremus. Sub tono ſupradicto. Nō dicatur Dominus vobiſcū. niſi ante primam orationem tantum: tamen alie orōnes cū Oremus. Oratio.

Aſſit queſumꝰ domine famulis tuis inſpiratio gratie ſalutaris que corda eorum fletuū vbertate reſolnat ſicqꝫ macerādo cōficiat: vt iracundie tue motus: idoneā ſatiſfactione compeſcat. Per chꝛiſtū dñm noſtrū. Oꝛemus,

DA queſumus dñe deus noſter his famulis tuis continuam purgationis ſue obſeruantiam penitendo agere: et vt hoc efficacius implere valeāt gratia eos tue viſitationis pꝛeueniat et ſubſequatur. Per chꝛiſtū. Oꝛemus.

PReueniat hos famulos queſumus domine miſericoꝛdia tua: vt omnes iniquitates eoꝛū celeri indulgentia deleantur. Per chꝛiſtum dominū noſtrum. Oꝛemus.

ADeſto domine ſupplicationibꝰ noſtris nec ſit ab his famulis tuis clementie tue longinqua miſeratio ſana vulnera/ eoꝛumqꝫ peccata remitte: vt nullis a te iniquitatibus ſeparati tibi domine ſemper valeāt adherere, Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Oꝛemus.

Oꝛatio.

DOmine deus noſter qui offenſione noſtra non vinceris ſed ſatiſfactione placaris: reſpice queſumus ſuper hos famulos tuos qui ſe tibi grauiter peccaſſe cōfitent᷑ tuū eſt eni abſolutionē criminū dare/et veniā pꝛeſtare peccantibus qui dixiſti penitētiam te malle peccatoꝛum quam moꝛtē: concede ergo domine his famulis tuis vt ribi penitentie excubias celebꝛent/et coꝛrectis actibus ſuis: cōferri ſibi a te ſempiterna gaudia gratulent᷑. Per chꝛi. Oꝛemus.

DEus cuius indulgentia omnis homo indiget memēto famuloꝛū famularumqꝫ tuarū ⁊ quia lubꝛica terrenaqꝫ coꝛpoꝛis fragilitate nudati virtute: in multis deliquerunt: queſumus vt des veniā confitentibus parcas ſupplicantibus: vt qui ſuis meritis accuſantur: tua miſeratione ſaluentur. Per chꝛiſtum dñm noſtrum. Amen. Hic nō dicatur Dominus vobiſcū. neqꝫ Oꝛemus. Sed vertat ſe ſacerdos ad populum. et dicat ſuper eos.

Abſolutio.

ABſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝛū pꝛincipis cui collata eſt a dño poteſtas ligandi atqꝫ ſoluēdi et ꝗ̄tum ad nos pertinet accuſatio/et ad vos remiſſio ſit vobis omnipotens deus vita et ſalus et oim peccatoꝛū veſtroꝛum pius indultoꝛ. Qui viuis et regnas deus. ⁊c. Deinde ſurgant omnes a pꝛoſtratione oſculantes foꝛmulas vel terram ſacerdote ſic dicente Qui viuit ⁊ regnat. Deinde accedat ſacerdos ad altare cum ſuis miniſtris et ibi ſuper altare in dextra parte altaris ad oꝛientem cōuerſus fiat benedictio cinerū pꝛius cineribus in peluibus argenteis ſuꝑ altare poſitis. ¶ Hic fiat benedictio cinerum ſine Dominus vobiſcum. et ſine Oꝛemus. Hoc modo incipiat vt ſequitur.

OMnipotens ſempiterne deus qui miſereris omniū et nihil odiſti eoꝛum que feciſti diſſimulans peccata hominum pꝛopter penitentiam/qui etiam ſubuenis in neceſſitate laboꝛātibus bene ✠ dicere ⁊ ſanctifi ✠ care hos cineres dignare quos cauſa humilitatis et ſancte religionis ad emundanda delicta noſtra ſuper capita noſtra/ moꝛe niniuitarum ferre conſtituiſti: ⁊ da per inuocationem ſancti tui nominis vt omnes qui eos ad depꝛecandam miſericoꝛdiam tuā ſuper capita ſua tulerint a te mereantur omnium delictoꝛum ſuoꝛum veniam accipere et hodie ſic eoꝛū inchoare ſancta ieiunia: vt in die reſurrectionis purificatis mentibus ad ſanctum mereantur accedere paſcha: et in futuro perpetuam accipere gloꝛiam. Per dominū noſtrum ieſum chꝛiſtū filiū tuū. Qui tecū. Hic aſpergat aqua benedicta ſuꝑ cineres/deinde dicat Dn̄s vobiſ. et Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus qui non moꝛtem ſed penitētiam deſideras peccatoꝛum fragilitatē conditionis humane benigniſſime reſpice/et hos cineres quos cauſa pꝛeferende humilitatis atqꝫ pꝛomerende venie capitibus noſtris imponi decreuimuꝫ: bene ✠ dicere tua pietate digneris: vt qui nos cineres eſſe monuiſti et ob pꝛauitatis noſtre meritum in puluerem reuerſuros cognouimus: peccatoꝛū omniū veniam et pꝛemia penitentibus repꝛomiſſa miſericoꝛditer conſequi mereamur. Per dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ Poſtea diſtribuãtur cineres ❡Executoꝛ officij in ſede epiſcopali ac duo clerici excellẽtioꝛes perſone/ ſtolis amicti ex vtraqꝫ parte choꝛi in ſtallis ſuis capita quoꝛumcunqꝫ venientium cum cineribus aſpergent vt ſic dicendo. Memento homo quod cinis es / et in cinerem reuertaris. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. Et interim cantẽtur iſte ſequentes antiphone hoc modo.


Aña.
Exau di nos domine quoniam be nigna eſt
miſeri coꝛ di a tu a ſecundũ multitu dinem miſe-
rati onum tu a rum re ſpice nos do mi ne
Ps. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque
vſqꝫ ad a nimã me am.

Non dicatur niſi pꝛimus ℣. pſalmi ſed ſtatim dicatur Gloria patri. deinde repetatur aña. Exaudi nos. Alia aña.


Aña.
Iuxta veſti bulum et al ta re ploꝛabunt ſa
cerdo tes & le ui te miniſtri domini et di=
cēt parce domine parce po pulo tu o et ne diſ=
ſipes oꝛa clamantiū ad te do mi ne.
Aña.
Immute mur ha bi tu in cine re et
ci li ci o ie iunemus et ploꝛemus an te
do mi num qui a multū miſericoꝛs eſt
dimitte re pecca ta no ſtra de us no ſter.

¶ Peracto officio dicat ſacerdos ad gradum chori ſic Dñs vobiſcū. Chorus reſpōdeat Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Deus qui iuſte iraſceris & clementer ignoſcis afflicti populi tui lachrymas ſuſcipe: et irā tne indignationis quā iuſte meretur auerte. Per chriſtū dñm. Oremus.

Concede nobis queſumus domine preſidia militie chriſtiane ſanctis inchoare ieiunijs: vt contra ſpiritales nequitias pugnaturi continētie muniamur auxilio. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filiū tuum. Qui tecū viuit.

His finitis eat proceſſio per medium chori ſine cruce cum ceroferarijs et thuribularijs ad oſtium occidentale excellentioribus precedentibus: precedente vexillo cilicino. Deinde executor officij penitentes ſingulatim per manus eijciat per miniſtrationem alicuius ſacerdotis de choro tradentes eos per manus dextras eidem: ipſi vero penitentes oſculātes manum exeecutoris exeāt: tūc ſi epiſcopus preſens fuerit archidyaconus ſubminiſtret ei dicto modo: et interī cantentur hec duo reſponſoria cum ſuis verſiculis: ſine Gloria patri, cantore incipiente vt patet in pictura vel in ſtatione ſequente hoc modo.



¶ Statio in die cinerum dum epiſcopus eijciat penitētes tunc incipiatur iſtud reſponſorium hoc modo vt ſequitur.

℟m.


Ecce adam quaſi vnus ex no-
bis factus eſt ſciens bo num et


ma lum. Videte ne foꝛte su mat de ligno vi=
te et viuat in e ter=
nũ. ℣. Cherubin et flãmeũ gladiũ at qꝫ ver=
sati lem ad custodiendam viam ligni vi=
te. Vide te. ℟m.
N sudo re vultus
tu i veſceris pane tu o
dixit do minus ad a dam cum o pe=
ratus fue ris terram. Nõ dabit fru ctus


ſu os ſed ſpinas ⁊ tribu los germina=
bit ti bi. ℣. Pꝛo e o quod obe=
diſti voci vxo ris tu e pluſq̃ me e ma ledicta terra in


o pere tu. o Nō.

Eiectis penitēti. claudat oſtiū eccl'ie ⁊ redeundo ꝓceſ moꝛe ſolito cantoꝛ incipiet ℟.


℟m.
Emendemus in me li us qui ignoꝛan ter
pec caui mus ne ſubi to pꝛeoccu pa ti
die moꝛtis queramus ſpaci um penitenti e et
inuenire non poſſu mus. Attende domi ne et


miſere re quia pecca ui mus ti bi.
V. Peccauimus cũ patribus noſtris iniuſte egimus iniqui
ta tem fe ci mus. Atten.

Sine Gl'ia pa. nõ dicat V. neq3 oĩo ſed ſtati incipiat miſ. a cant. Dñica. j. xl. ad proceſſio. añ.

Aña.


Cum vene rimus ante conſpectum domi ni
in di e iudi ci j vbi aſſiſtent mi li a mi-
li um et decies centena mi li a angelo-
rum archange lorum cheru bin et ſe ra-
phin v bi ſancto rum chori circum a-


ſtabunt patriarcha rum pꝛophetarum a po-
ſtoloꝛum et mar tyꝛum ⁊ omni a agmi na ſancto-
rum i bi maniſe ſtabũtur abſcon dita coꝛ di-
um noſtroꝛũ ſed tu de us pi iſ ſi me pater trãſſer-
a nobis illud damnati o nis iudi cium quo
ſi ne fine puni entur opera de lin-
quen tium et conce de cum e le ctis
tu is poſſi de re e ter ni ta-

In redeundo dicatur reſponſoriũ vt ſequitur.


tis regnum.
Rñ.
Ductus eſt ieſus in deſer tum a ſpi-
ri tu vt tẽptaretur a di abo lo. Et ac-
cedens temptatoꝛ di xit e i ſi filius
de i es dic vt la pides i ſti panes
fi ant. ℣. Et cũ ieiunaſ ſet quadꝛaginta die-
bus et quadꝛaginta nocti bus poſte a e ſu-
ri it Et accedens.

verſus. Scuto circundabit te veritas eius. ℣. Non timebit. Oremus. Oꝛatio

Deus qui eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſeruatione purificas / preſta familie tue: vt quod a te obtinere abſtinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Sciēdum eſt quod per totam .xl. in omni feria .iiij. et .vi. vſq; ad cenā dn̄i fiat proceſſio ad vnū altare eccleſie per ordinē poſt .ix. dictā ante inchoationē miſſe: niſi feſtum .ix. lectionum ibidem cōtigerit. Exeat itaq; proceſſio per oſtium preſbyterii borealis ad vnū altare ex eius latere: ſacerdos vero cum ſuis miniſtris albis cum amictibus induti: ſine cruce choro ſequente habitu non mutato cantando vnū iſtorum Reſponſoriorum per ordinem cantore incipiente.

℟m.


Afflicti pro peccatis noſtris quoti di e cū
la chrimis expectemus finem no ſtrum
dolor cordis no ſtri aſcen dat ad te domi-
ne. Ut e ru as nos a ma lis que innouan tur
in no bis. V. Domine deus


iſra el exaudi preces noſtras auribus percipe dolo=
rem cordis no ſtri. Ut e ruas.
R. iii.
Paradiſi por tas ape ri et nobis ie=
iu ni j tempus ſuſcipia mus il lud orantes et
deprecan tes. Ut in di e reſurrecti o nis
cum domino glori e mur.
Ecce nunc tempus accep tabile ecce nunc
dies ſa lu tis ꝯmendemus noſmetipſos in multa


pa ti en ti a. Ut in di.

Aliud. R.

R. iii.


Scindi te corda ve ſtra et nō veſtimē-
ta ve ſtra. Et con uerti mini ad domi-
num de um quia beni gnus et mi ſe-
ri cors eſt. V. Reuertimini vnuſquiſ-
q; a vi a ſua ma la et a peſſimis cogitati o ni-
bus ſu is. Et con uer timi ni.

Aliud. R.

R. iii.


Abſcondite elemo ſinam in ſi nu paupe-

e. ij.


ris et ipſa o rat pꝛo vobis ad
domi num. Quia ſicut aqua extinguit i=
gnẽ ita e le mo ſi na extin guit pec=
ca tum. ℣. Date elemoſynam dicit do=
mi nus et ec ce omni a mun da ſunt vo=



Finito Rño. cum ℣ſu. abſqꝫ **Gloꝛia patri.** clerici eodẽ modo quo in pꝛoceſſione oꝛdinant ꝓſtratiõẽ faciãt. Ita quod ſacerdos ad gradum altaris cum dyacono a dextris/ et ſubdyacono a ſiniſtris ⁊ ceroferar̃. cereis interim ſuper altare dimiſſis ſuam faciant pꝛoſtrationem cum dicitur cum nota **Kyꝛieleyſon. Chꝛiſteleyſon. Kyꝛieleyſon. Pater noſter.** Deinde dicat ſacer. cũ nota.


Et ne nos inducas in tẽptationẽ. Sed libera nos a malo.

Oſtende nobis domine miſericoꝛdiam tuã. Et ſalutare tuũ da nobis. Peccauimus cum patribus noſtris. Iniuſte egimus iniquitatem fecimus. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. Neqꝫ ſecũdum iniquitates noſtras retribuas nobis. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Cito anticipent nos miſericoꝛdie tue / quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter. Et pꝛopter gloꝛiã nois tui dñe libera nos. Exaudi dñe vocẽ meam qua clamaui ad te. Miſerere mei et exaudi me. ps. Miſerere mei deus. totus p̄s dicat ſine nota ſed cũ Gloria patri. et Sicut erat. alternando ex vtraqꝫ parte choꝛi. Quo finito ſolus ſacerdos ſe erigat et dicat cum nota ſic.


Exurge domine adiu ua nos. Et li bera nos pꝛopter
nomen tuum. Domine deus virtutum conuerte nos /
Et oſtende faci em tuam et ſalui e rimus. Domine
exau di oꝛati onem meam. Et clamoꝛ meus ad te ve-

niat. Dominus vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus.

Preces noſtras queſumus domine clementer exaudi vt qui iuſte pꝛo peccatis noſtris affligimur / pꝛo tui nominis gloꝛia miſericoꝛditer liberemur. Per chꝛiſtū dñm Et ſic ſurgant omnes a pꝛoſtratione oſculātes terram vel foꝛmulas ſacerdote ſic dicente. Per chꝛiſtum dominū nr̄m. Finita oꝛatione duo clerici de .ij. foꝛma habitu non mutato dicant letaniam in reuertendo / et dicatur vſqꝫ ad pꝛolationem. Sancta maria. coꝛam altare anteq̄ pꝛoceſſio ꝓcedat.



Kyrieleyſon. Chꝛiſteleyſon. Chꝛiſte audi nos.

Pater de celis deus. Fili redēptoꝛ mūdi deus.
Spiritus ſancte deus.
Sctā trinitas vnꝰ deꝰ.



Sancta maria. Oꝛa pꝛo nobis.

Et pꝛoceſſio pꝛeſbyteroꝛum circumeundo choꝛum intret/⁊ clerici pꝛedicti pꝛoſequantur de ceteris oꝛdinibus quātum ſufficit iter/ſcꝫ tres vel quatuoꝛ: et ſi tantum reſtat iter ſub tono pꝛedicto ita quod ad gradum choꝛi finiatur ſic.



Omnes ſancte virgines. Oꝛate pꝛo nobis. Omēs ſancti



Oꝛate pꝛo nobis.

Hic oꝛdo letaniarū ſeruet᷑ in ꝓceſſi. faciendis per totam quadꝛageſimā ſcilicet in quartā feriam et ſextam.

¶ Feria quarta prime ebdomade.

Kyrieleyſon. Chꝛiſteleyſon. Chꝛiſte audi nos. Pater de celis deus. Miſerere nobis. Fili redēptoꝛ mūdi deus. Miſerere nobis. Spiritus ſancte deus. Miſerere nobis. Sancta trinitas vnus deus. Miſerere nobis.

Sancta maria. oꝛa.
Sancta dei genitrix. oꝛa.
Sancta virgo virginū. oꝛa.
Sancte michael. oꝛa.
Sancte gabꝛiel. oꝛa.
Sancte raphael. oꝛa.
Omnes sancti angeli et archangeli. Oꝛate ꝓ nobis.
Omnes sancti beatoꝛū spirituum oꝛdines. oꝛate.
Sctē iohānes baptista. oꝛa.
Omnes sancti patriarche et pꝛophete. oꝛate ꝓ nobis.
Sancte petre. oꝛa.
Sancte paule. oꝛa.
Sancte andꝛea. oꝛa.
Oēs scti apl̄i ⁊ euāgeli. oꝛ̄.
Om̄es sancti discipuli domini et innocentes. Oꝛate.
Sancte stephane. oꝛa.
Sancte line. oꝛa.
Sancte clete. oꝛa.
Oēs sancti martyꝛes. oꝛat.
Sancte siluester. oꝛa.
Sancte leo. oꝛa.
Sancte hieronyme. oꝛa.
Om̄es sancti ꝯfessoꝛes. oꝛ̄.
Oēs scti monachi ⁊ her̄. oꝛ̄.
Sctā maria magdale. oꝛa.
Sctā maria egyptiaca. oꝛa.
Sancta margareta. oꝛa.
Omnes sctē virgines. oꝛ̄.
Omnes sancti. oꝛate.

¶ Feria. vi. eiusdē ebdoma.

Sancte iohannes. oꝛa.
Sancte iacobe. oꝛa.
Sancte thoma. oꝛa.
Oēs scti apl̄i et euāgeli. oꝛ̄.
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. oꝛat.
Sancte clemens. oꝛa.
Sancte fabiane. oꝛa.
Sancte sebastiane. oꝛa.
Oēs sancti martyꝛes. oꝛat.
Sancte augustine. oꝛa.
Sancte ysidoꝛe. oꝛa.
Sancte iuliane. oꝛa.
Oēs scti confessoꝛes. oꝛate.
Omnes sancti monachi / et heremite. oꝛate ꝓ nobis.
Sancta scolastica. oꝛa.
Sancta petronilla. oꝛa.
Sancta genoueſa. oꝛa.
Omnes sctē virgines. oꝛ̄.
Omnes sancti. oꝛate.

¶ Feria. iiii. ii. ebdomade.

Sancte philippe. oꝛa.
Sancte iacobe. oꝛa.
Sancte mathee. oꝛa.
Oēs scti apl̄i ⁊ euāgeli. oꝛ̄.
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. oꝛate.
Sancte cosma. oꝛa.
Sancte damiane. oꝛa.

Sancte pꝛime. oꝛa.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝛate.
Sancte gildarde. oꝛa.
Sancte medarde. oꝛa.
Sancte albine. oꝛa.
Oẽs ſancti cõfeſſoꝛes. oꝛat̄.
Omnes ſancti monachi ⁊ heremite. Oꝛate ꝓ nobis.
Sancta pꝛaxedis. oꝛa.
Sancta ſotheris. oꝛa.
Sancta pꝛiſca. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛate.
Omnes ſancti. oꝛate.
¶ Feria. vi. eiuſdẽ ebdomad.
Sancte bartholomee. oꝛa.
Sancte ſymon. oꝛa.
Sancte thadee. oꝛa.
Oẽs ſcti apł'i ⁊ euãgeli. oꝝ.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. oꝛate.
Sancte feliciane. oꝛa.
Sctẽ dyoniſi cũ ſo. tuis. oꝝ.
Sctẽ victoꝛ cũ ſocijs tu. oꝝ.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝝ.
Sancte euſebi. oꝛa.
Sancte ſwythune. oꝛa.
Sancte birine. oꝛa.
Oẽs ſancti cõfeſſoꝛes. oꝝ.
Omnes ſancti monachi ⁊ heremite. Oꝛate ꝓ nobis.
Sancta tecla. oꝛa.
Sancta affra. oꝛa.
Sancta editha. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛat̄.
Omnes ſancti. Oꝛate.
¶ Feria. iiij. iij. ebdomade.
Sancte mathia. oꝛa.
Sancte barnaba. oꝛa.
Sancte marce. oꝛa.
Oẽs ſcti apł'i ⁊ euãge. oꝝ.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. oꝛate.
Sancte ~~thoma~~. oꝛa.
Sancte coꝛneli. oꝛa.
Sancte cypꝛiane. oꝛa.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝝ.
Sancte gregoꝛi. oꝛa.
Sancte auguſtine. oꝛa.
Sancte ambꝛoſi. oꝛa.
Oẽs ſancti confeſſoꝛes. oꝝ.
Omnes ſancti monachi ⁊ heremite. Oꝛate ꝓ nobis
Sancta felicitas. oꝛa.
Sancta perpetua. oꝛa.
Sancta columba. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛat̄.
Omnes ſancti. Oꝛate.
¶ Feria. vi. eiuſdẽ ebdoma.
Sancte petre. oꝛa.
Sancte paule. oꝛa.
Sancte andꝛea. oꝛa.
Oẽs ſcti apł'i ⁊ euãgeli. oꝝ.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. Oꝛate.

Sancte iohannes. oꝛa.
Sancte kenelme. oꝛa.
Sancte oſwalde. oꝛa.
Omnes ſancti martyꝛes. oꝛ̄.
Sancte remigi. oꝛa.
Sancte donatiane. oꝛa.
Sancte eligi. oꝛa.
Oēs ſcti confeſſoꝛes. oꝛate.
Omnes ſancti monachi et heremite. Oꝛate pꝛo nobis.
Sancta chꝛiſtiana. oꝛa.
Sancta eulalia. oꝛa.
Saucta eufemia. oꝛa.
Oēs ſancte virgines. oꝛate.
Omnes ſancti. Oꝛate.

¶ Feria.iiij.iiij.ebdomade.

Sancte iohannes. oꝛa.
Sancte iacobe. oꝛa.
Sancte thoma. oꝛa.
Oēs ſcti apl̄i ⁊ euāgeli. oꝛ̄.
Om̄es ſancti diſcipuli domini et innocentes. Oꝛate
Sancte laurenti. oꝛa.
Sancte tyburci. oꝛa.
Sancte valeriane. oꝛa.
Oēs ſancti martyꝛes. oꝛat̄.
Sancte dunſtane. oꝛa.
Sancte edmunde. oꝛa.
Sancte leonarde. oꝛa.
Omnes ſancti ꝯfeſſoꝛes. oꝛ̄.
Omnes ſancti monachi et heremite. Oꝛate ꝓ nobis.
Sancta katherina oꝛa.
Sancta cecilia. oꝛa.
Sancta anaſtaſia. oꝛa.
Omnes ſctē virgines. oꝛ̄.
Omnes ſancti. oꝛate.

¶ Feria.vi.eiuſdē ebdoma.

Sancte philippe. oꝛa.
Sancte iacobe. oꝛa.
Sancte mathee. oꝛa.
Oēs ſcti apl̄i ⁊ euāgel̄. oꝛ̄.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. oꝛat̄.
Sancte vincenti. oꝛa.
Sancte gereō cū ſo.tu. oꝛ̄.
Sācte maurici cum ſocijs tuis. Oꝛa pꝛo nobis.
Oēs ſancti martyꝛes. oꝛat̄.
Sancte nicholae. oꝛa.
Sancte richarde. oꝛa.
Sancte machute. oꝛa.
Omnes ſcti cōfeſſoꝛes. oꝛ̄.
Omnes ſancti monachi/ et heremite. oꝛate ꝓ nobis.
Sancta agnes. oꝛa.
Sancta iuliana. oꝛa.
Sancta cuthburga. oꝛa.
Omnes ſctē virgines. oꝛ̄.
Omnes ſancti. oꝛat̄.

¶ Feria.iiij.v.ebdomade.

Sancte bartholomee. oꝛa.
Sancte ſymon. oꝛa.
Sancte thadee. oꝛa.

Omnes ſcti apoſtoli et euangeliſte. Oꝛate ꝑ nobis.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. oꝛate.
Sancte albane. oꝛa.
Sctẽ ypolite cũ ſo. tuis oꝛa.
Sctẽ luciane cũ ſo. tuis. oꝛa.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝛat.
Sancte ſanſon. oꝛa.
Sancte placide. oꝛa.
Sancte columbane. oꝛa.
Oẽs ſancti cõfeſſoꝛes. oꝛat.
Om̃es ſancti monachi et heremite. Oꝛate ꝑ nobis.
Sancta felicula. oꝛa.
Sancta ſuſanna. oꝛa.
Sancta bꝛigida. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛate.
Omnes ſancti. oꝛate.

¶ Feria. vi. eiuſdẽ ebdoma.

Sancte mathia. oꝛa.
Sancte barnaba. oꝛa.
Sancte marce. oꝛa.
Oẽs ſcti apl̃i ⁊ euãgeli. oꝛ.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. oꝛate.
Sancte geruaſi. oꝛa.
Sancte pꝛothaſi. oꝛa.
Sancte thimothee. oꝛa.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝛ.
Sancte benedicte. oꝛa.
Sancte maure. oꝛa.
Sancte egidi. oꝛa.
Oẽs ſancti confeſſoꝛes. oꝛ.
Om̃es ſancti monachi et heremite. Oꝛate ꝑ nobis.
Sancta ſcolaſtica. oꝛa.
Sancta ſabina. oꝛa.
Sancta iuſtina. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛat.
Omnes ſancti. Oꝛate.

¶ Feria. iiii. vi. ebdomade.

Sancte petre. oꝛa.
Sancte paule. oꝛa.
Sancte andꝛea. oꝛa.
Oẽs ſcti apl̃i ⁊ euãgeli. oꝛ.
Omnes ſancti diſcipuli domini et innocentes. Oꝛate.
Sancte quintine. oꝛa.
Sctẽ bonifaci cũ ſo. tuꝫ. oꝛ.
Sancte kyliane cum ſocijs tuis. Oꝛate ꝑ nobis.
Oẽs ſancti martyꝛes. oꝛ.
Sancte bꝛici. oꝛa.
Sancte amande. oꝛa.
Sancte cuthberte. oꝛa.
Oẽs ſancti confeſſoꝛes. oꝛ.
Omnes ſancti monachi ⁊ heremite. Oꝛate ꝑ nobis
Sancta margareta. oꝛa.
Sancta walburgis. oꝛa.
Sancta radegundis. oꝛa.
Oẽs ſancte virgines. oꝛat.
Omnes ſancti. Oꝛate.

Non ſequatur verſiculus neq; oratio: ſed ſacerdos cū ſuis miniſtris abcedat/et ſtatim a cātore incipiatur officiū miſſe

Dominica ſecunda.xl. Ad proceſſionem Añ. **Cum venerimus.** vt ſupra. In introitu chori dicatur hoc R. ſequens.

Rm.


Minor ſum cūctis miſerati o nibus tu is
do mine a bra ham in ba culo meo tranſiui
iordanem iſtum et nunc cū duabus turmis re-
gre di or. Libera me do mine de
manibus e ſa u quia valde contre mit
cor me um il lum ti mens. V. Tūc
locutus es quod mihi bene face res et di-


latares ſemen meum ſicut a re nam ma ris.
Libe ra me do mi ne.

℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Nõ time.

Oremus. Oro.

Deus qui ꝯſpicis omni nos virtute deſtitui interius exteriuſqꝫ cuſtodi: vt ab oı̃bus aduerſitatibus muniamur in coꝛpoꝛe/et a pꝛauis cogitationibus mũdemur in mente. Per. ¶ Dñica tertia ad pꝛoceſſionem Antiphona.


In di e quando vene rit dominus ad iu di-
cium in maieſtate iudica re ſe culũ aſta-
bunt an te illum omni a ag mina vir-
tu tum cele ſtium ſan ctoꝛum
choꝛi patri archarum ac pꝛophe tarum


gloꝛi a apoſto lo rum numerus mar tyꝛum
confeſſo rum at qꝫ vir ginum i bi aſſiſtent
omnes po pu li ante tantam maieſta tem
domi ni nimi um perterriti dies il la
di es i re dies tribula ti o nis di es miſe=
ri e et vindi cte dies tu be et clango ris
dies nu bis et ca li ginis dies il la nimi um
le rit im pi is a ma ra o q̃ fe li ces


e runt illi qui vocem domi ni meruerunt audi-
re veni te benedi cti p̄ris mei perci-
pite regnum qđ vo bis pꝛepara-
tum est ab oꝛi gine mundi.
In in
troitu
cho di
cat ℟.
℟m.
Loquens io seph fratribus su is
et dixit. Pax vobis noli te ti me-
re pꝛo salute e nim vestra misit
me dominus ante vos. ℣. Eleuauitqꝫ


vocem cum fletu quā audi erunt egypti ꝛ omnisq; do m9
pharao nis et dixit fra tri bus su is.

Pax. ℣. Scuto circūdabit te veritas eius. ℟. Nō ti. Oremus. Orō

Quesumus oſps deus vota humiliū reſpice atq; ad defenſionē nr̄am dexterā tue maieſtatis extende. Per.

Dñica medie.xl.ad ꝓceſ.añ. In die.btš. In redeūdo. ℟. Rem.


Audi iſrael precepta domini et
e a in corde tu o qua ſi in libro
ſcri be. Et dabo tibi ter rā fluentē lac
et mel. ℣. Obſerua igitur et audi vocē meam et ini=
micus e ro in i micis tu is. Et dabo. ℣.

D̄nica in paſſione.

Scuto circūdabit te veritas eius. ℟. Nō ti. D̄ıem⁹. Or̄o.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui ex merito noſtre actionis affligimur: tue gratie ꝯſolatiōe reſpiremus. Per xp̄m. D̄nica in paſſione ad ꝓceſſionem.

R̄m.


Jrcun dede runt me vi-
ri men daces ſi ne cau ſa flagel-
lis ceciderunt me. Sed tu domi ne defen ſoꝛ
vin di ca me. ℣. Quo
ni am tribula ti o pꝛoxima eſt et
non eſt qui ad iu uet. Sed.

Nō dicat Gl'ia patri. ſi neceſſe fuerit repet. R̄m. cum verſu in introitu chori.

R̄m.


N ꝓximo eſt tribulati o me a do mi ne


non est qui adiu uet vt fodeāt ma-
nus meas et pedes me os libera me de o re
le o nis. Ut enarrē nomē tu um fra tri-
bus me is. V. E ru e a framea de⁹ ani-
mā meam et de manu canis v nicam me-
am Ut enar rem.

V. Eripe me de inimicis meis deus meus. R. Et ab insurgentib⁹ in me libera me.

Oremus. Oratio.

Quesumus omnipotens deus familiā tuā propitius respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruā te custodiatur in mente. Per christū. ¶ Dñica in ramispalmarū post aque benedictionē asper. legat hec lctō ante gradū alta. ab accolito albo induto et hoc ex parte australi sup flores et frondes cum tono suo hoc modo. Lcō libri. exodi.

IN diebus illis. Venerūt filij israel in helym: vbi erāt duodeci fontes aquarū & septuaginta palme & castra metati ſunt iuxta aquas: ꝓfectiqꝫ ſũt de helym: ⁊ venit oĩs multitudo filioꝝ iſrł in deſertũ ſyn: qđ eſt inter helym ⁊ ſynai quintadecima die mẽſis ſcđi poſtꝙ̃ egreſſi ſunt de terra egypti ⁊ murmurauit oĩs ꝯgregatio filioꝛũ iſrael ꝯtra moyſen et aaron in ſolitudine. Dixerũtqꝫ ad eos filij iſrael. Utinã moꝛtui eſſemus per manũ dñi in terra egypti: qñ ſedebamus ſuꝑ ollas carniũ: ⁊ comedebamus panes in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertũ iſtud: vt occideretis oẽm multitudinẽ fame. Dixit aũt dñs ad moyſen. Ecce ego pluã vobis panes de celo. Egrediat̃ pp̃ls ⁊ colligat que ſufficiũt per ſingulos dies: vt temptẽ vtrũ ambulet in lege mea/ an nõ. Die aũt. vj. parãt qđ inferãt: ⁊ ſit duplũ qđ colligere ſolebãt per ſingulos dies. Dixerũtqꝫ moyſes ⁊ aaron ad oẽs filios iſrł. Ueſpere ſcietis qđ dñs eduxit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloꝛiã dñi. Audiui enĩ murmur vr̃m cõtra dñm. Nos vero qđ ſumus: q̃a muſitatis ꝯtra nos. Et ait moyſes. Dabit vobis dñs veſꝑe carnes edere/ et mane panes in ſaturitate: eo qđ audiuit murmuratiões vr̃as quibus murmurati eſtis cõtra eũ. Nos enĩ qđ ſumꝰ. Nec cõtra nos eſt murmur vr̃m: ſed contra dñm. Dixitqꝫ moyſes ad aaron. Dic vniuerſe ꝯgregationi filioꝝ iſrael. Accedite coꝛã dño: audiuit enĩ murmur vr̃m. Cũqꝫ enĩ loqueret̃ aaron ad oẽm cetũ filioꝝ iſrł: reſpexerũt ad ſolitudinẽ: ⁊ ecce glĩa dñi apparuit in nube.

Accepta bñdict. legat̃ euãg. ſuꝑ lectrinũ ad boꝛeale ꝯuer. moꝛe ſimpł. fe. cũ Dñs vo. ¶ Scđꝫ ioh̃ãnẽ

IN illo tꝑe. Turba multa que ꝯuenerat ad diẽ feſtũ cũ audiſſent q̃a ieſus venit hieroſolymã: acceperunt ramos palmarũ ⁊ pꝛoceſſerũt obuiã ei: clamabãt Oſanna: bñdictus qui venit in noĩe dñi rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellum ⁊ ſedit ſuper eũ: ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia ſyon ecce rex tuus venit tibi mãſuetus: ſedẽs ſuper pullũ aſine. Hec nõ cognouerũt diſcipuli eius pꝛimũ: ſed qñ gloꝛificatus eſt ieſus recoꝛdati ſunt ꝙa hec erāt ſcripta de eo/ et hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba que erat cū eo/ qn̄ lazaꝝ vocauit de monumento: et ſuſcitauit eum a moꝛtuis. Propterea ⁊ obuiā venit ei turba qm̄ audierūt eū feciſſe hoc signū. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipſos. Uidetis ꝙa nihil ꝓficimus. Ecce mūdus totus poſt eū abijt. Finito euāg. ſtatī exeeu. offi. in gra. iij. ad alta. poſit. p̄ri⁹ palmis cū frōd. coꝛā alta. ꝓ cleꝛ. ꝓ alijs vero ſuꝑ gra. p̄dictū in parte auſtr̄.



¶ Sequatur bn̄dictio floꝝ et frondiū a ſacerdote induto cappa ſer̄. rubea ſuper gra. alta. ad auſtrū conuer. ita dicēs.

In die palmarū.

Exorziſo te creatura florum vel frondium in nomine dei ✠ patris omnipotentis et in noie ieſu chriſti ✠ filij eiuſdem dñi noſtri et in virtute ✠ ſpūs ſancti proinde omnis virtus aduerſarij: omnis exercitus diaboli: omnis poteſtas inimici: omnis incurſio demonū eradicare et explantare ab hac creatura florum vel frondium vt ad dei gratiam feſtinantium veſtigia Que terminetur ſic.


non ſequaris. Per e um qui venturus eſt iudicare vi-
uos et mortuos: et ſeculum per ignem.

Chorus. Amen.

¶ Deinde dicātur omnes orationes ſine Dominus vobiſcum. ſed tantum cum Oremus.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus / qui in diluuij effuſione noe famulo tuo per os columbe geſtantis ramum oliue pacem terris redditam nūciaſti / te ſupplices deprecamur: vt hanc creaturam florum ſpatulaſqꝫ palmarum ſeu frondes arborū quas ante cōſpectum glorie tue offerimus veritas tua ſancti ✠ ficet / vt deuotus populus in manib⁹ eas ſuſcipiens bene ✠ dictionis tue gratiā conſequi mereatur. Et dicant̄ ⁊ termi. oēs orōnes ſub tono iſto leg. hoc mō



Et oēs orationes dicātur cū Oremus. ſub tono ſupradicto.

Oratio.

Deus cuius filius pro ſalute generis humani de celo deſcendit ad terras: ⁊ appropinquante hora paſſionis ſue hieroſolymam in aſino ſedens venire: ⁊ a turbis rex appellari et laudari voluit: auge fidem in te ſperãtium: et ſupplicũ preces clementer exaudi: veniat ſuper nos queſumus domine miſericordia tua: et hos palmarum ceterarumqꝫ arborum ramos bene ✠ dicere dignare: vt omnes qui eos laturi ſunt/benedictionis tue dono repleantur: concede ergo vt ſicut hebreorũ pueri oſanna in excelſis clamãtes eidem filio tuo dño noſtro cum ramis palmarum occurrerunt: nos ita arborum ramos geſtantes cum bonis operibus occurramus obuiam chriſto et perueniamus ad gaudium ſempiternum. Per eundem chriſtum dominũ noſtrũ.

Deus qui diſperſa congregas/et congregata conſeruas qui populo obuiam chriſto ieſu ramos palmarum geſtantibus benedixiſti: benedic et hos ramos palmarum ceterarumqꝫ arborum / quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter ſuſcipiunt: vt in quemcunqꝫ locum introducti fuerint / tuam benedictionem habitatores illius loci omnes conſequantur: ita vt omni aduerſa valitudine effugata: dextera tua ꝓtegat quos redemit. Per eundem chriſtum dominũ noſtrum. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper flores et frondes et thurificentur. Deinde dicatur Dominus vobiſcum. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Domine ieſu chriſte mundi conditor et redẽptor: qui noſtre liberationis / et ſanationis gratia ex ſumma celi arce deſcendere/et carnem ſumere/ et paſſionem ſubire dignatus es: quiqꝫ ſponte propria loco eiuſdẽ propinquãs paſſionis a turbis cũ ramis palmarum obuiantibus benedici/laudari/et rex benedictus in nomine domini veniens clara voce appellari voluiſti: tu nunc noſtre confeſſionis laudationem acceptare/et hos palmarum ceterarumqꝫ arborũ ac florum ramos bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris: vt quicunqꝫ virtutis obſequio exinde aliquid tulerit celeſti benedictione ſanctificatus peccatorum remiſſionem/ ⁊ vite eterne pꝛemia percipere mereatur. Per te ieſu chꝛiſte ſaluatoꝛ mundi. Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ His itaqꝫ peractis ſtatim diſtribuātur palme/et interim cantent hee ſequē. añe cantoꝛe incipiente Añam hoc modo.

Aña.


P
Ueri hebꝛeoꝛum tollentes ramos oli-
uarum obuiauerunt domino clamantes
et dicentes oſanna in excelſis.

Alius cantus.

Aña.


P
Ueri hebꝛeoꝛum veſtimenta pꝛoſterne-
bant in via et clamabant dicentes oſanna filio
dauid: benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Dum diſtribuūtur rami benedicti pꝛeparet̄ feretrū cum reliquijs in quo coꝛpus chꝛiſti dependeat: et ad locū prime ſtationis a duobus clericis de. ij. foꝛma non tamen proceſſequendo ſed ad locum prime ſtationis obuiã veniendo habitu nõ mutato deferat lumen in lanterna precedente: cum cruce et duobus vexillis precedentibus: deinde exeat proceſſio ad locum prime ſtationis ſintqꝫ miniſtri proceſſionis albis cum amictis abſqꝫ tunicis vel caſulis. Ita tamen qđ ſacerdos eat in cappa ſerica rubea vt ſupra: choro itaqꝫ ſequente habitu nõ mutato. Si tamen adſit epiſcopus mitrã et baculum in fine proceſſionis. In eundo dicitur hec Aña.

Aña.


P Rima au tem a zimo rum
acceſſerunt diſcipu li ad ieſum dicentes vbi
vis paremus tibi comede re paſcha: at ieſus
di xit e is i te in ciuitatem ad quẽ
dam et di ci te e i ma giſter
di cit tempus meum prope eſt/ apud te fa ci o


paſcha cum diſci pu lis me is et fe ce-
runt diſci pu li ſicut precepe rat e is domi-
nus et paraue runt paſcha.

Cum hec Aña canit cum ſequētib⁹: exeat proceſſio per oſtium occidentale: et ſic circa clauſtrum/ & ita per portam canonicorū vſq3 ad locum prime ſtationis que fit ex parte eccleſie borealis/ in extrema parte oriētalis/ tūc laicorum legetur euangelium.

Aña.


Cum appropinquaſſet do minus hieroſo-
li mam mi ſit du os ex diſcipulis ſuis dicens
i te in caſtellū qđ eſt contra vos et
inueni e tis pullū a ſi ne alli gatum ſuper


quē nullus ho minū ſedit ſolui te et addu-
ci te mi hi ſi quis vos interroga ue rit
di ct te opus do mi ni eſt ſoluentes ad-
duxerūt ad ieſum et impoſu erunt il li veſti-
mēta et ſedit ſuper eum/ ali j proſternebāt veſti-
menta ſu a in vi a/ a li j ramos de arbori-
bus externebant: et qui ſequebantur clama-
bant/ oſanna bene dictus qui venit in nomi ne do-


mi ni bene dictum regnum patris noſtri da uid
oſanna in excel ſis miſe re re nobis
fi li da uid.

Si non ſufficiant hee due antiphone vſqꝫ ad locum prime ſtationis : tunc dicantur hee ſequentes antiphone.

Añá.


Cum audiſ ſet po pu lus quia ieſus
ve nit hie ro ſo limã acceperunt ramoſpal-
ma rum et ex i e runt e i ob ui am
et clamabant pu e ri dicen tes hic
eſt qui venturus e rat pꝛo ſa lu-


te mundi/hic eſt ſalus noſtra
et redempti o i ſra el quantus eſt i ſte cu i
thꝛo ni et dominati o nes oc currunt
noli timere fi li a ſy on ecce rex tu us venit
ſe dens ſuper pullū aſi ne ſicut ſcri=
ptū eſt/ſal ue rex fabꝛicatoꝛ mundi
qui veni ſti redi me re nos.

Alia antiphona.

Ant.


Ante ſex dies ſolmnitatis paſ=


che quãdo ve nit dominus in ci ui ta tem hie-
ruſalem occurrerũt e i pu eri et in manibus
poꝛtãtes ramoſ palmarũ et clamabãt voce magna di-
cẽtes o ſanna in excel ſis.

Alia añ.

Aña.


A
Nte ſex di es paſſi o nis ve-
nit domi nus in ci ui ta tem hie ruſa-
lem et occurrerunt e i pu e ri
et in manibus poꝛtabant ramos palma rum


et cla mabant vo ce magna dicentes oſan na
in excel ſis. Benedictus qui veni-
ſti in multitu di ne miſericoꝛ di e tu e oſan
na in excel ſis.

¶ Hic fiat pꝛima ſtatio ex parte eccleſie boꝛealis in extrema parte oꝛientalis: et legatur euange. **Cũ appꝛopinquaſſet ieſus.** ab ipſo dyacono induto ad pꝛoceſ. non iuxta crucem / ſed ante ſacerdotem loco parumper ſecus ſtat. illius dyaconi mutato ab ipſo dyacono ad boꝛealem cõuerſo: ⁊ legatur moꝛe ſimplici feſto. ix. lect. poſt acceptionem benedictionis: cum **Dominus vobiſcũ.** et **Gloꝛia tibi domine.** Et tunc feretrum cum reliquiis pꝛeparatũ in quo chꝛiſtus in pixide dependeat: obuiam veniendo ad locum pꝛime ſtationis / a duobus clericis de ſecunda foꝛma deferatur habitu non mutato / vt ſupꝛa: et in fine euangelii ad hec verba **Benedict⁹ qui venit in nomine domini.** pꝛimo ſe oſtendat.

¶ Euangelium ſecundum Matheum. xxi.

IN illo tempoꝛe. Cum appꝛopinquaſſet ieſus hieroſolymam / et veniſſet bethphage ad montẽ oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellũ quod cõtra vos eſt: et ſtatim inuenietis aſinam alligatam/ ⁊ pullū cum ea. Soluite: et adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit/ dicite quia dñs hijs opus habet: ⁊ confeſtim dimittet eos. Hoc aūt totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictū eſt per prophetam dicētem. Dicite filie ſyon. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam/ et pullum filiū ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli: fecerunt ſicut illis precepit ieſus. Et adduxerunt aſinam et pullum: et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: et eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima aūt turba: ſtrauerunt veſtimenta ſua in via Alij autem cedebant ramos de arboribus: et ſternebant in via. Turbe autem que precedebāt et que ſequebantur: clamabant dicētes. Oſanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. ¶ Finito euangelio tres clerici de ſecunda forma habitu non mutato exeuntes ab eadem proceſſione cōuerſi ad populum ſtantes ante magnā crucem ex parte occidentali ſimul cantent Añam hoc modo. Antiphona.

Aña.


EN rex ve nit manſue tus ti bi ſyon fi li a
myſtica humilis ſedens ſuper animali a quem venturū
iam pre di xit le cti o prophetica.

Poſt ſingulos ℣. executor officij incipiat Añ. Salue conuerſus ad reliquias quā chorus proſequatur cū genuflectione oſculando terrā ab ipſo quoq; executore officij primo cum flectione. Senior genuflectendo dicat ſic.



Salue quem ieſum.

Choꝛus in pꝛoſternatione deoſculando terram pꝛoſequatur reſurgendo.

Teſtatur plebs hebꝛeorum obuia cum palmis tibi clamans verba ſalutis.

Item clerici ſtat. ante reliquias loco nec habitu mutato dicāt verſum.

Verſus.

Hic eſt qui de edom venit tinctus boſra veſtibus in ſtola ſua foꝛmoſus gradiens virtutibus non in equis bellicoſis nec in altis turribus.

Itē ſenioꝛ loco nec habitu mutato incipiat.

Salue lux mundi rex regū gloꝛia celi: cui manet imperium laus ⁊ decus hic et in euū

Choꝛus reſurgēdo pꝛoſequatur.

Dominica palmarum.

Item cleꝛ. ante reliquias loco nec habitu mutato. Vſus.


Hic eſt ille qui vt agnus
inſons moꝛti traditur moꝛs moꝛtis inferni moꝛſus moꝛ
te donãs viuere vt quõdã beati vates pꝛõpſeꝛt ꝓphetice

Item ſenioꝛ loco nec habitu muta.


Salue noſtra ſalus.
Pax vera redi
pti o virtus vltro qui moꝛtis ꝓ nobis iura ſubiſti.

Choꝛ⁹ reſurgẽdo ꝓſequat.

Deinde eat pꝛoceſſio ad locum ſecunde ſtationis et feretrū cum capſula reliquiarum pariter cum lumine in lanternā inter ſubdyaconum et thuribularium deferatur cū vexillis ex vtraqꝫ parte: cantoꝛe incipiente Antiphonam.

Aña.


Agnus es do mi ne de us no ſter ac ci-
pe re glo ri am et ho no rem.

Alia Antiphona

Añ.


Occurrunt turbe cum floꝛibus et palmis redem=
ptoꝛi obuiam et victoꝛi triumphanti digna dant obse=
qui a fili o De i o re gentes pꝛedicāt et in laudē chꝛisti


voces tonāt per nubila osanna.

Si nō sufficiant hee due añe: vſqꝫ ad locū .ij. ſtat. tūc cātent hec duo Rx. vl' vnū coꝛū cant. incipiētē.

Rx.


Dominus iesus ante sex di es pasche
ve nit betha ni am v bi fu e rat
la za rus moꝛ tu us. Quem su sci=
ta uit iesus V. Conuene runt autem


i bi multi iude o rum vt lazarum vide-
rent Quem ſuſci ta uit. Aliud ℟m.
℟m.
Cogitauerunt au tem pꝛicipes ſacer-
do tum vt et laza rum interfice rent. Pꝛopter
quem multi veni e bãt et cre de-
bãt in ieſum ℣. Teſtimonium
ergo perhibebat turba que e rat cum e o quando
lazarũ vocauit de monumento: et ſuſcitauit e


um a mortu is. Propter.

Hic fiat ſecunda ſtatio ex parte eccleſie auſtrali: vbi ſeptē pueri eminentiores ſimul cantent hoc modo.


Glo ri a laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redem-
ptor cu i pue ri le decus prōpſit oſan̄ na pium.

Chorus idem repetat poſt vnūquēq; verſū. Pueri vero dicāt verſū ſequē.


Iſra el es tu rex dauidis ⁊


inclita proles nomine qui in domi ni rex benedicte venis

Chorus idē Gl̄ia laus. Septē pueri. Verſus.


Cetus in excelſis te laudat ce litus


omnis et mortalis homo et cuncta crea ta ſimul.

Chorus idē Gl̄ia laus. Septē pueri. Verſus.


Plebs hebrea ti bi cū palmis obui a


venit cum pre ce vo to hymnis aſſumus ec ce ti bi.

¶ Item chorus repetatur Gloria laus et ho. Peracta hac ſtatione eat proceſſio per medium clauſtri a dextera manu vſqz añ oſtium occidentale/cantando hanc Antiphonã cantore incipiente hoc modo. Antiphona.


C
Ol le ge runt ponti-
fices et phariſei con ſi li um et di-
cebant/quid fa cimus quia hic ho mo
multa ſigna fa cit ſi dimittimus e um
ſic om nes cre dent in e um. Ne for-
te ve niant roma ni et


tol lant no ſtrum lo cum et gen-



Hic fiat tercia ſtatio ante pꝛedictũ oſtium eccleſie occidentale / vbi tres clerici de ſuperioꝛi gradu in ipſo habitu non mutato cõuerſi ad populũ ſimul cantent hunc verſum hoc modo.




ex ip ſis ca ÿphas nomi ne cũ eſſet pon ti fex
anni il li us pꝛophe ta uit dicens.
expedit vo bis vt vnus moꝛiatur homo pꝛo popu lo
et non tota gens pe reat/ ab
il lo ergo di e cogita ue runt


inter ſice re e um dicentes. Ne foꝛte.

His fini. intret eccleſiā per idē oſtiū ſub feretro ꝛ caſul. reliquiaꝝ ex trāſuerſo oſtij eleuatis cātand. cātoꝛe incipiē. ℟. ℟m.


Ingrediente domino in ſanctā ci ui ta tem hebꝛeo rum pue ri reſurrectionē vi te pꝛo nunci an tes. Cū ramis palma rum oſanna clama bant in ex cel ſis. ℣.
Cumqꝫ audiſſent quia venit ieſus hieroſoly mam ex i erunt ob uiam e i. Cum ramis.

Hic fiat quarta ſtatio ante crucem in eccleſia ꝛ in ipſa ſtatione executoꝛ officij incipiet Antiphonam.

Aña.



Cruce iã diſcooperta/ ⁊ reſpondeat choꝛus cum genuflectione. oſculando terrã.



Et ſic incipiat ſacerdos añam ter: ſingulis vicibus vocem exaltando et vna cum choꝛo fiat genuflexio et poſt tertiam reinceptionẽ choꝛus eãdẽ añ. in ſtatione ſtando totã pꝛoſequatur. Item ſacerdos vocem exaltãdo hoc modo incipiat.



Choꝛus Rex nr̃. ſe modo altiſſim.



Choꝛus in eadem ſtatione totam pꝛoſequatur añ. ſic

Aña.


Rex no ſter fi li dauid re demptoꝛ
mundi quẽ pꝛophete pꝛedi xerunt ſaluatoꝛẽ domini
iſra el eſ ſe venturũ te e nim ad ſalutarẽ vi
ctimã pa ter miſit in mundũ quẽ expecta bant om
nes ſancti ab o ri gine mundi et


nunc oſanna fi li o dauid benedictus qui ve nit
in nomi ne domi ni o ſanna in excel ſis.

Qua finita intrēt chorū et omnes cruces per eccleſiam ſint diſcooperte vſqꝫ poſt veſperas. In introitu cho. ℟. Circūdederūt me. vt̄s in dn̄ica in paſſiōe. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera me

Omnipotens ſempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum: ſaluatoꝛē noſtrū carnem ſumere/et crucem ſubire feciſti: concede pꝛopitius: vt et patientie ipſius habere documenta/ et reſurrectionis conſoꝛtia mereamur. Per chꝛiſtum dominū noſtrū. Amen.

¶ Feria. v. in cena dn̄i. In pꝛimis fiat reconſiliatio penitētium hoc modo. ix. cant. pergat ep̄us vel eius vicarius excellentioꝛ ſacerd. ad oſtium eccleſie occidentale: indutus veſtibus ſacerd. in cappa ſerica rubea cum duobus dyaconis cum amict. indutis abſqꝫ ſubdyacono: et ſine cruce per medium choꝛi pꝛecedente vexillo cilicino. Sint pꝛeſentes in atrio eccleſie qui recōciliandi ſunt/ ⁊ ſi ep̄us adeſt pꝛincipa. archid. ex parte penit. ſcꝫ extra oſtiū ecc̄l'ie in cap. ſerica legat hāc lect. **Adeſt tēpus o ve** q̄ nō legat ep̄o abſente. Lcō.

Adeſt tempus o venerande pontifex/ votiuum afflictis: congruum penitentibus / optabile tribulatis. Aſſunt filij tui pater/ quos deo per ſpiritū ſanctū vera mater eccleſia cum letitia peperit. Sed iterū ſuadente dyabolo a ſua integritate coꝛruptos aut miſeros factos et exules nouis quotidie doloꝛibus ingemiſcit. Pꝛo hijs ſuppliciter orant quicunqꝫ felices in ſinu ſuo remanſerunt/quiqꝫ diuina protegente ſe clementia fide ſtabiles preſtiterunt. Parce hodie pater ⁊ tota bonitatis tue impetũ fluat nobis fons ille dauid in ablutione menſtruate: nulli improperans: nullum reijciens nullum excludens. Quamuis enim a diuinis ſuperne pietatis nihil temporis vacet: nunc tamen largior eſt per indulgentiam remiſſio peccatorum et copioſior per gratiam aſſumptio renaſcentiũ. Accepiſti a domino annulum diſcretionis ⁊ honoris: vt que ſignanda ſunt ſignes: et que aperienda ſunt prodas: atqꝫ credentibus fidẽ baptiſmatis: lapſis autem et penitentibus per myſterium reconciliationis ianuas regni celeſtis aperias. Lauant aque lauant lachryme. Maria fleuit et ſuſcepta eſt. Negauit apoſtolus: et quia fleuit amariſſime reſtitutus eſt. Publicanus de theloneo apoſtolatum meruit: latro in cruce paradiſum intrauit: ſuſceptus a patre clementiſſimo filius eius iunior qui tam diu porcos pauit/qui paterne hereditatis precioſa ſtipendia infeliciter diſſipauit. Inde eſt etiam quod hodie tue ſupplices poſtea quam in varias formas criminum neglectum mandatorum celeſtium / et morum probabilium/ tranſgreſſione ceciderunt/humiliati atqꝫ proſtrati prophetica voce clamant dicentes. Peccauimus cum patribus noſtris: inique egimus iniquitatẽ fecimus. Manducauerunt ſicut ſcriptum eſt: panem doloris lachrymis ſtratum rigauerunt: cor ſuum luctu/corpus ſuum afflixerũt ieiunijs/ vt animarum reciperẽt quam perdiderant ſanitatem: plorat cum iſtis immo pro iſtis plorare ⁊ orare non deſiſtit mater ſancta eccleſia / et lachryme eius in maxillis eius quia venit tempus miſerendi eius. Moueat pietatem tuam pater vox fidelis et flebilis moueat gemitus et habitus ipſe miſerorum. ¶Finita lectione incipiat epiſcopus vel executor officij hanc Antiphonam hoc modo.

Antiphona.

Aña.


Veni te. Veni te. Ve ni te.

Scilicet infra pꝛedictum oſtium conuerſus ad boꝛealem ſignum faciendo cum manu dextra ad penitentes quaſi vocando. Deinde ex parte penitētium/ ſcꝫ extra hoſtium dicat dyaconus hoc modo/ quo ſequitur ex parte epiſcopi.


Flectamus genua.

Ali⁹ dyaconus ex parte epi dicat ſic.



Et ita reſpondeat dyaco. Fiat tribus vicibus ita tamen quod poſt tertiā repetitio. aña nō dicat Flectamus geñ. ſed cho. ꝑſequat̄ totā añaꝫ cātoꝛe incipiēte hoc modo ſequenti.

Aña.


Fi li i au dite me ti moꝛem domini do ce bo vos. Ps. Benedicam dominum in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in o re me o.

IN illo tempoꝛe. Subleuatus ieſus oculos in celum Dixit. Pater venit hoꝛa: clarifica filium tuum/ vt et filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei det eis vitam eternam. Hec eſt autem vita eterna: vt cognoſcant te ſolum deum verum et quem miſiſti ieſum chꝛiſtū. Ego te clarificaui ſuper terram opus cōſummaui quod dediſti mihi vt faciam. Et nūc clarifica me tu pater apud temetipſum: claritate quam habui pꝛiuſquā mundus eſſet apud te. Magnificaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo. Tui erant: ⁊ mihi eos dediſti et ſermonem tuū ſeruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dediſti michi abs te ſunt: quia verba que dediſti mihi dedi eis. Et ipſi acceperunt/ et cognouerunt vere quia tu me miſiſti: ⁊ crediderunt quia a te exiui. Ego pꝛo eis rogo. Non pꝛo mundo rogo: ſed pꝛo his quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et omnia mea tua ſunt/ et tua mea ſunt: et clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo: et hij in mundo ſunt et ego ad te venio.

¶ Sequitur Offertoꝛium.


I ri gali le i quid
admirami ni aſpi ci en tes in ce=
lum hic ieſus qui aſſumpt⁹ eſt a


vobis in ce lum ſic ve ni et quē-
admodū vidiſtis eum aſcen den-
tem in ce lum alle
luya.
Cōio.
P Ater cū eſſem cū e is
ego ſeruabā eos quos dedi ſti mi hi alle-
lu ya nunc autem ad te ve ni o non ro go vt
tollas e os de mundo ſed vt ſerues e os a ma-
lo al le luya al le lu ya.

¶ Cantata miſſa ſtatim ſi duplex feſtum illa die contigerit tres clerici de ſuperiori gradu in medio pꝛoceſſionis ſimul cantant letaniam in reuertendo habitu non mutato. Si duplex feſtum non fuerit dicatur a duobus clericis de ſecūda foꝛma/ et ſic eat pꝛoceſſio ad poꝛtam clauſtri oꝛientalem/ et intrent choꝛum per oſtium occidentale: et dicatur Letania vſqȝ ad pꝛolationem. Sancta maria. antequā exeat pꝛoceſſio ad gradum altaris. Pꝛima Letania.


Kyꝛieleyſon qui pꝛecio ſo ſanguīe mūdū eri puiſti
de maledi cti fauce dꝛaconis.
Chorus idem / Clerici.
Sācta mari a
queſumus almum poſcere regem iure memento ſaluet
vt omnes nos iubilantes.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Clerici pſe.
Sācte micha el
queſumꝰ almū.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Clerici pſe.
Omnis choꝛus angeloꝛum et
archangelo rum queſumus almū.

Choꝛus vt ſupꝛa et clerici pꝛedicti pꝛoſequuntur de ceteris ordinibus quantum ſufficit iter vſq; ad gradū chori in eccleſia propria: ita tamen quod in hac letania et quarta nō dicitur verſus ſic. Omnes ſancti angeli. Omnes ſancti apoſtoli. ſed ita pronunciatur. Omnis chorus angelorū et archangelorum. vel apoſtolorum vel euangeliſtarū. Similiter de ceteris ordinibus ad gradū chori finiat ſic. Omnis chorus ſanctorum. deinde ſequatur verſus et oratio de omnibus ſanctis. Quando vero dicat. Kyrie qui precioſo.

¶ In die ſancti marci euangeliſte in ſecunda forma in rogationibus dicetur iſta ſecunda letania vt ſequitur.

¶ Secunda Letania.


Kyri e leyſon. Chriſteleyſon. Chriſte
audi nos.
Pater de celis de⁹ miſere
re nobis.
Fili redēptor mūdi de⁹ miſerere nobis

Chorus idem repetat poſt vnum quemq; verſum clerici dicant verſum.

Chor⁹ Kyrie. Clerici ꝑ ſe.

Totus chorus repetat Kyrie. Et clerici proſequuntur.


Spirit⁹ ſctē deus miſerere nobis
Sancta tri
nitas vnus deus miſerere nobis.
Sācta mari

Chor⁹ Kyrie. Clerici ꝑ ſe.

Chor⁹ Kyrie. Clerici ꝑ ſe.


oꝛa ꝓ nobis
Cho. Kyꝛie hic ꝓce. ꝓceſ. ⁊ cleꝛ̃. pō. ꝓce. de ceteris oꝛdi. quātū ſuffi. iter. Itē clerici.
Sācta dei genitrix
oꝛa ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Sācta ꝟgo ꝟginū oꝛa pꝛo nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Sancte micha el o ra pꝛo no bis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Sācte gabꝛiel oꝛa ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Sancte rapha el
oꝛa ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Omnes ſancti ange li et archan-geli oꝛate ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Omnes ſancti beatoꝛum ſpirituum oꝛdines o rate ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri-ci ꝓſe.
Sctē iohan-nes baptiſta o ra ꝓ nobis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Cleri ci ꝓſe.
Oēs ſācti patriar-


che et pphete. Ora te pro nobis.
Kyrie leyſon. Chriſteleyſon. Chriſte audi nos.
Sancta mari a te deprecamur o ra pro nobis.
Sācte michael te deprecamur o ra pro nobis.
Omnes ſancti angeli et archangeli vos depreca-
mur o ra te pro nobis.
Kyri e ley ſon. Chriſte ley ſon.
Domine miſerere xp̄e miſerere.
Miſere re no

Et ſic de ap̄lis et ceteris ordinib. vſq3 ad Oēs ſcti. ſequat. V. Ora. De oib9 ſctis. Tertia leta.

Chorus idem. Cl'ici. Chor9 Kyrie. Clerici pſe. Chor9 Kyrie. Clerici pſe.

Chor9 Kyrie. Et clerici pdicti proſequātur de ceteris ordinibus quantum ſufficit vſq3 ad Oēs ſcti. Quarta Letania.

Chorus idem. Cl'ici.

Chorus idem. Cl'ici.


bis pi e rex domine ieſu chꝛiſte.
Chorus idem. Clerici.
Chꝛiſte audi nos.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Clerici pſe.
Sctā mari a o ra ꝓ nobis.
Choꝛꝰ miſer̄. Clerici pſe.
Sancta de i ge ni trix o ra pꝛo no bis.
Choꝛꝰ miſer̄. Clerici pſe.
Sancta virgo virginum o ra pꝛo no bis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Clerici pſe.
Sancte micha el o ra pꝛo nobis.
Choꝛus Domīe. Clerici pſequū.
Omnis choꝛus angeloꝛum et archangelo rum o ret pꝛo nobis.
Choꝛꝰ miſer̄. Clerici pſe.
Sancte iohannes baptiſta o ra pꝛo no bis.
Choꝛꝰ Kyꝛie. Clerici pſe.
Oīs choꝛus patriarcharū et pꝛopheta rū o ret

In rogationibus.



Hic modus ſeruet per oēs oꝛdines vſq ad Omnis choꝛus ſanctoꝛum oret. ſi neceſſe fuerit V. ſequentes dicuntur a pꝛedictis clericis tempoꝛe belli. Uerſus.


Chorus idem.
Clerici.
Ab in i micis noſtris defende nos chꝛiſte.
Chorus idem.
Clerici.
Afflicti o nem noſtram benignus vide.
Chorus idem.
Dolorē coꝛdis noſtri reſpice clemēs. Clerici. Peccata
Chorus idem.
populi tu i pius indulge. Clerici. Orationes nr̄as pius
Chorus idem.
Chorus idem.
exaudi. Clerici. Fili de i viui miſerere nobis Clerici.
Hic et imperpetuum nos cu ſtodire digneris chꝛiſte.
Chorus idem.
Clerici. Ex audi nos chꝛiſte exaudi/ exaudi nos chꝛiſte.

¶ Chorus idem repetat. Finita aliqua letania in his tribꝰ diebus precedētibus dicat ſacerdos verſum Vox leticie et exultationis. ℟. In tabernaculis iuſtorum alleluya. Oro.

PReſta queſumus omnipotēs deus vt in reſurrectione domini noſtri ieſu chriſti filij tui cū omnibus ſanctis percipiamus veraciter portionem. Qui tecum viuit.

Tamen in vigilia aſcenſionis finita aliqua letania dicat ſacerdos loco predicto. ℣. Letamini in domino. Oratio.

INfirmitatem noſtram queſumus domine propitius reſpice et mala omnia que iuſte meremur omniū ſanctorum tuorum interceſſione auerte. Per chriſtum dominū noſtrum. Amen.

¶ Feria tertia et quarta/fiat proceſſio in eundo et redeundo eodem modo et ordine quo prediximus: excepto quod in vigilia aſcenſionis retroced. diacho: videlicet proximo loco ante crucem tam in eundo ꝙ in redeundo.

¶ In die aſcēſionis domini ordinetur proceſſio ſicut in die paſche: excepto quod hac die vexilla proceſſionis procedāt primo videlicet loco: deinde minor vexillum per ordinē vltimo loco diaconis deinde inter ſubdyaconum et thuribularium duo de ſecunda forma capſulam reliquiarum in cappis ſericis deferant: ipſe quoqꝫ dyaconus eundo reliquias deferat/ pro diſpoſitione ſacriſte. Preterea hac die proceſſio per oſtium chori et eccleſie exiet per oſtium occidentale circūeundo extrinſecus totam eccleſiam et atrium intrando et per portam iuxta cimiterium canonico. circumeundo clauſtrum ⁊ rediet in eccleſiam per idem oſtium qua egreſſa eſt. Hac itaqꝫ proceſſione ad gradum chori prius ordinata vt patet in ſtatione ſequenti.

¶ Sequitur ſtatio aſcenſionis dñi.



¶ Ordo proceſſionis in die aſcenſionis domini fiat ſolemniter ante miſſam hoc modo vt ſequitur.

¶ Tres clerici de ſuperiori gradu in medio proceſſionis in cappis ſericis dicant hanc proſam ſequentem. Proſa.


Salue feſta dies toto venerabi lis euo qua deus


in ce lū ſcādit et aſtra tenet.
Cho. idē re
pe. p⁹ vnū-
quēqꝫ V̄ſū.
Clerici. ℣.
Ecce rena-
ſcētis teſtať grati a mūdo omnia cū domino dona rediſſe
ſu o. Tēpoꝛa floꝛigero rutulāt diſtincta ſereno: et maio
re poli lumine poꝛta patet. Nāqꝫ triūphāti poſt triſti a
tartara chꝛiſto vndiqꝫ fronde nemus gramina flo re fa-
uent. Regibus inferni oppꝛeſſis ſuper aſtra meantē lau
dant ri te deum lux polus arua fretum. Solue cathena
tos inferni et carceris vmbꝛas: et re uoca ſurſum quic-


quid ad yma ru it. Eripis in numerum populū de car-
ce re moꝛtis et ſequitur liber quo ſu is auctoꝛ a bit.
Immacu lata tu is plebs hec vegetetur in vlnis atqꝫ
de o purū pignus ad aſtra feras. Una coꝛona ti bi
de te tribuatur ab alto/alte ra de populo venit ade-
pta tu o. Chꝛiſte ſalus mundi bone conditoꝛ atqꝫ redē
ptoꝛ: vni ca pꝛogenies ex de itate patris. Equalis cō
ſoꝛs ſoci us cū patre co euus: quo ſumpſit mund⁹ pꝛin.


cipe principium. Qui genus humanū cernens merſiſſe
profundo: vt hominem eriperes es quoqꝫ factus homo.

Per idē oſtiū quo egreſſa eſt regre. vſqꝫ ad crucē in eccleſia cātādo. ℞. In reuertendo cantor incipiat.


Viri galile i
quid ad mirami ni aſpi ci entes in ce lum
al le luya. Queādmodū vidiſtis e um
aſcenden tē in ce lū i ta veniet alleluya alle-
lu ya alle luya. ℣. Cumqꝫ intuerētur in celū eun
tem illum ec ce du o viri aſtiterunt iuxta il-


los in veſtib⁹ al bis qui et di xe runt. Que.
Non conturbetur cor veſtrum
e go vado ad patrem et dū aſſūpt⁹ fuero a vo-
bis mittā vobis allelu ya. Spiritū verita-
tis et gaude bit cor veſtrum]
al le lu ya. ℣. Ego ro-
gabo pa trem et a lium paraclitum dabit vo-
bis. Spi ritum ve ri ta tis.

In introitu chori dicatur ℟m hoc modo.

verſus. Aſcendit deus in iubilatione. ℟. Et dominus in voce tube.

Oratio.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoqꝫ mēte in celeſtibus habitemus. Per eundem chriſtum dominum noſtrum.

¶ Dominica infra octauas aſcenſionis ad proceſſionē ℟. Viri galilei. In introitu chori ℟. Non conturbetur. ℣ꝰ. et oratio vt ſupra in die aſcenſionis. ¶ In vigilia penthecoſtes cantētur letanie et fiat benedictio fontium: ſicut in vigilia paſche eodem modo et ordine/tam in eundo ꝙ in redeundo et in ſtatione. In redeundo dicatur. Rex ſanctorum.

In die penthecoſtes ante tertiam/aſpergatur aqua benedicta et poſt aſperſionē aque ordinetur proceſſio ſine vexillis et ſine reliquijs: circūeundo eccleſiā ⁊ clauſtrum ſicut in die paſche: et cantetur proſa ſequens in medio proceſſionis a tribus clericis de ſuperiori gradu in cappis ſericis dicant hoc modo vt ſequitur. Proſa.

Proſa.


Salue feſta dies toto venerabilis e uo qua no-
ua de ce lo grati a fulſit humo.
Iamqꝫ triumphanti poſt triſti a tartara chriſto vndiqꝫ
fronde nemus gramina flo re fauent. Alti us igni

Chorus idem repetat vnumquēqꝫ verſum. Salue feſta. Clerici. Verſus.


nouum ſolem ce li orbita ducit: qui vagus occe a ni
e xit et intrat aquas. Armatus radi js elemēta liquē
ti a luſtrās adhuc nocte breui tendit in orbe diē. Splē-
dida ſincerū producūt ethera vultū le ticiamq; ſuā ſy-
dera clara probāt. Hus gaudēs vari o fundit munuſ
cu la fe tu cum bene vernales reddit et annis o pes.
Molle a purpureum pingūt vi olari a campū prata vi-
rent herbis & micat herba comis. Paulatim ſubeūt ſtil



In redeũdo per idẽ hoſtiũ quo egreſſa eſt regrediatur vſqʒ ad crucem cantando hoc ℟m. ſequens hoc modo.

lanti a lumina floꝛum floꝛibus arrident gramina tincta
ſu is. ℟m.
Spi ritus
ſan ctus pꝛocedens a thꝛono apoſtoloꝛum
pe ctoꝛa inui ſibi li ter pe
ne tra uit nouum ſanctifi ca ti o nis
ſi gnum. Ut in oꝛe e oꝛum om ni um
ge nera naſce ren tur lin guarum
al le lu ya. Verſus.


Aduenit ignis diuinus non cōburēs ſed illu-
minās et tribuit eis cariſmatum dona. Ut.

In intro
itu choꝛi
dicatur
hec añā.


Hodie cōpleti ſunt dies pentheco-
ſtes alleluya hodie ſpiritus ſanctus in igne diſcipu-
lis apparuit et tribuit eis cariſmatum dona
miſit eos in vniuerſo mundo pꝛedicare et teſti-
ficare qui crediderit et baptiſatus fuerit ſal-
uus erit alleluya.

verſus. Loquebantur varijs linguis apoſtoli. Rm. Magnalia dei alleluya.

Oꝛatio.

Deus qui hodierna die corda fideliū ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: et de eius ſemper cōſolatione gaudere. Per christum dn̄m. Et nota quod hac die cantet᷑ hora. iij. et. vj. a toto choro in cappis ſericis et non alias per totum annum.

¶In die ſancte trinitatis ordinetur ſicut in die natalis domini/ ſexta cantata eat proceſſio per mediū chori circūeundo clauſtrum cantore incipiente vt ſequitur. Reſponſoriū.

Rm.


Summe trinita ti ſimplici
de o vna di uinitas equalis glo ri a co e-
ter na ma ie ſtas pa tri proli-
qꝫ ſaucta qꝫ fla mini. Qui to-
tū ſubdit ſu is or-
bem le gibus. V. Preſtet nobis


gratia deitas bea ta pa tris ac nati pariter qꝫ
ſpiritus al mi. Qui. V. Gloria pa tri et
fili o et ſpiri tu i ſan cto. Qui.
Rem.
Honor vir tus et pote ſtas et
impe rium ſit trinitati in uni ta te uni ta ti
in trini ta te. In peren ni ſeculo-
rum tem pore.
al le lu ya. V.
Trini ta ti lux per en nis u ni ta-

In introitu cho. dicatur iſtud reſpõſorium.

In tempore paſchali hoc mod. ut ſequitur.


ti ſit decus per petim. In perhen.

℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nūc. Oratio

Omnipotēs ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere et in potentia maieſtatis adorare vnitatem: queſumꝰ vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Qui viuis et regnas in vnitate ſpūs ſancti deus.

In feſto corporis chriſti ante miſſam procedat proceſſio per medium chori eccleſie/exiens per oſtium occidentale circueūdo eccleſiam ⁊ atriū vt in die aſcēſionis dn̄i ordinata prius proceſ. ad gradum chori cū ſacerdote alba et cappa ſerica induto: corpus chriſti in tabernaculo deferente ſub quodā pallio de ſerico qd̄ ſup. iiij. haſtas deferatꝛ / cū cereis illuminatis a clericis in ſuppelliciis. Tres clerici de ſuperiori gradu in medio proceſſio. in cappis ſericis cātent proſam et cantetur. ℣. anteq̄ exeat proceſſio: chorus idem repetat poſt vnumquēqꝫ ℣. clerici vero proſequentꝛ. Proſa.


Salue feſta dies toto venerabilis euo qua ~~deus~~
caro
meſſi e fit cibus eccleſi e. Rex ſedet in cena tur
ba cinctꝰ duo dena ſe tenet in manibus ſe cibat il le


cibus. Te merito chriſte iubilās laudat chorus i ſte
cu i vitam caro dat tu a ſancta caro. Sic decreuiſti
ſic paſcere nos volu i ſti te cum ſis vita nos pi a paſcis
ita. Fit caro de pane vinū cruor hec du o plane chriſtꝰ
diſcipulis dat memorandū ſuis. Hic cibus hic potus
facit quoqȝ numine totus: ſumens plenus e rit ſi be-
ne crediderit. Panis viui fi ci preſtat virtus quos
a mici poſſumus eſſe de i grati a ſemper e i. Non


caro ſo la cibo dare vitam ſo la nequibo ſola qꝫ quod-
neque o do caro iuncta de o. Si credis comedis ſi non
ſine luce rece dis hic cibus ergo vide non iuuat abſqꝫ
fi de. Crede de um chꝛiſtum pꝛodeſſe cibum da bit
i ſtum qui negat eſ ſe de um mens mala perdet eum.
Si capis indigne te iudex pu niet igne: qui digne capi-
unt hi bene pꝛofici unt. Extra moꝛtalem culpam ſi
ſis cape talem: ſanctoꝛum panem non cibat ipſe canem.


S i canis ad vomitum rede at crimenqꝫ ſopitum: excitet
et reuocet hinc cibus iſte nocet. L umbos cingetis pe-
dibus tegumenta fe retis: ſint baculi manibus/ ⁊ ba-
let iſte cibus. C aſta ca ro mundum ſic coꝛ cruce conte-
re mundū: ſume re tunc poteris quo bene paſtus eris.
Q uod te ſancti ficet chꝛiſtus qui te bene dicet: qui ſic ac
cedis manna nouū comedis. Q uo qui veſcetur ſi vult
nunꝙ moꝛi e tur: cu i pꝛimum valuit moꝛtuus inde fuit

In reuer-
tendo vſq;
ad crucē
dica. R.


R
Eſpexit he ly as ad caput
ſu um ſubcine ricium pa nem: qui ſurgens co=
me dit et bi bit. Et ambu la=
uit in for ti tudine ci bi il li us vſ=
q; ad mon tem de i. V. Si
quis manduca uerit ex hoc pane
viuet in e ter num. Et ambula.
Glo ri a patri et

Si neceſſe
fuerit dicat
tum hec
tum.

In introitu chori dicatur iſta aña.


ſili o et ſpiri tu i ſancto. Ad.
O Sacrum conuiuium in quo chriſtus ſumitur
re colitur memori a paſſi o nis e ius mens impletur
grati a et fu tu re glori e no bis pignus datur.

V. Panē de celo preſtitiſti eis. Omne delectamentū. Oro.

Deus qui nobis ſub ſacramēto mirabili paſſionis tue memoriā reliquiſti tribue queſumus: ita nos corporis ⁊ ſanguinis tui ſacra miſteria venerari: vt redēptionis tue fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis ⁊ reg.

Dñica infra octa. vbi habet cū regimine chori ad proceſ. R. Reſpexit helyas. In introitu chori de ſancta maria.

In ſabbatis per eſtatem ſcilicet vſqꝫ ad aduētum domini: ad veſperas poſt omnes memorias ⁊ proceſſiones: ante crucem de quocūqꝫ fit ſeruitium per mediū chori vbi duplex feſtū fuerit/ ordinata prius proceſſione ad gradum cū ceroferariis albis tantū indutis/ et thurib. in ſimili habitu ſine cruce/ deinde puer libri ferēs ante ſacerd. in ſuperpel. deinde executor officij in ſimili habitu cū cappa ſerica/ poſt eū vero duo rectores in medio proceſ. in ſimili habitu añ. in eūdo ⁊ in intro. incipi. cho. ſequēte habitu nō mutato.



¶ Statio ad veſperas ante crucem in ſabbatis per eſtate.
¶ Tunc cantent vnum iſtarum antiphonarū per ordinem.
Aña.


O
Crux glori o ſa o crux ad o-
randa o lignum preci o ſum et ad-


mira bi le ſignū per
quod ꝯ dya bo lus eſt victus et mūdus chri
ſti ſan gui ne redemptus alle-
lu ya.

Et finiatur cum Alleluya. quandocunqꝫ dicat̃ alleluya. Aña.

1.


O Crux ſplendidi oꝛ cunctis aſtris mūdo cele-
bꝛis hominibus multum a ma bilis ſancti oꝛ v ni-
uerſis que ſola fu iſti digna poꝛta re talentum
mundi dulce lignum dulces clauos dulcia ferens


pondera ſalua pꝛeſentem cateruam in tuis ho-
di e laudibus congregatā.
Añā.
C
Rux fi de lis
inter omnes arboꝛ v na no bilis nul la
ſilua ta lem pꝛo fert fronde flo re ger mine dul-
ce lignū dulces clauos dulci a fe rens pon de ra
aſſis nobis custo di a cōtra in i
mi ci ia cu la.

3

Statio poſt thurificationem crucifixi. V⁹ Adoꝛam⁹ te xp̄e et benedicimus tibi. ℟ Quia per ſanctā crucem tuā. Oꝛo.

Deus qui vnigeniti filij tui domini noſtri ieſu chꝛiſti precioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti concede queſumus eos qui eiuſdem ſancte crucis gaudent honoꝛe/ tua quoqꝫ vbiqꝫ pꝛotectione gaudere.

Per eundem chꝛiſtum dominū noſtrū. In introitu choꝛi dicatur vna iſtarū Antiphonarū ſequentium per oꝛdinē tam in pꝛoceſſione in ſabbatis q̄ ad pꝛoceſſionē ante miſſam in dominicis pꝛo diſpoſitione cantoꝛis. Antiphona.


Beata dei genitrix mari a virgo perpetu a
templū domini ſacrari um ſpiritus ſancti ſo la ſine ex
emplo placui ſti domi no. ie ſu chꝛiſto o ra pꝛo
populo interueni pꝛo clero intercede pꝛo de uo to fe
mine o ſexu.
In tempoꝛe paſchali.
ſe xu al le luy a.


Aña.
Aue regina ce loꝛum a ue domina an
ge lo rum ſal ue ra dix ſancta ex qua mundo


lux eſt poꝛta aue glo ri o ſa ſuper omnes ſpeci o ſa
va le val de decoꝛa ⁊ pꝛo nobis ſemꝑ chꝛiſtū ex o ra.
In tempoꝛe paſchali.
ra alleluya.
Ana.
A L ma re-
dēptoꝛis mater que perui a celi poꝛta manens et
ſtel la maris ſuccurre caden ti ſurgere qui cu-
rat populo tu ꝗ genu i ſti natu ra miran te
tuum ſanctum genitoꝛem virgo pꝛi us ac poſterius
gabꝛie lis ab o re ſumēs il lud aue peccatoꝝ miſe-


In tempore paſchali.
Aña.
re re. re alleluya.
S
Peci o ſa facta
es et ſu a uis in deli ci js virginitatis ſancta
dei geni trix quã viden tes fili e ſyon vernan
tem in floribus ro ſarum et li li js conual lium bea=
tiſ ſimam pre di ca uerũt et regi ne laudaue=
In tempore paſchali.
Aña.
rũt eã. eã alleluya.
Vo mi=
hi ad mon tem myrre et ad col lem li bani
et loquar ſponſe mee to ta ſpeci o ſa es


pꝛoxi ma mea et macu la non eſt in te ve ni a
li ba no ſponſa veni a li ba no veni venies
et tranſibis ad montē ſe pꝛ et hermon a cu=
bilibus le onum a montibus le o pardoꝛū.
Añã.
Q
Uam pul chꝛa es et q̃ de co ra ca=
riſ ſima in de li ci ȷs ſtatu ra tu=
a aſ ſimu la ta eſt pal me et v bera
tu a botris ca put tu um vt carme lus


col lum tuū ſicut turris e burnea ve ni
dile cte mi e gre diamur in agrum vide a=
mus ſi flores fructus par tu riunt ſi florū e=
runt mala pu nica i bi da bo ti bi v bera


me a alleluya.

Infra aſſumptionem et natiuit. beate marie tam ad proceſſionē ad veſperas in ſabbatis quā ante miſſam dominicis dicatur vna iſtarum antiphonarū.

Aña.


Tota pulchra es ami ca me a et macula nō eſt
in te fauus diſtillans labi a tu a mel et lac ſnb lin=
gua tu a o dor vnguento rum tu orum ſuper


omni a a romatha iam enim hyems tranſiit ymber
a bi jt et receſ ſit flores apparu e runt vinee
florentes o dorem dederũt et vox turturis audita
eſt in terra noſtra ſur ge propera a mi ca
me a ve ni de li ba no veni co ro na beris.
Aña.
A Scendit chriſtus ſuper celos et preparauit
ſu e caſtiſſime matri immortali ta tis lo cũ
et hec eſt illa preclara feſtiuitas omniũ


ſanctorũ feſtiuitatibus incom parabilis in qua glori o
ſa et fe lix miran tibus celeſtis curi e ordi nibus
ad ethe reum peruenit thalamũ quo pia ſu i
memorũ immemor nequaꝗ̃ ex iſtat.
Añā.
A
Nima
me a liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt queſiui ꝛ nõ
inueni illum vocaui et nõ reſpõdit mihi inuenerũt me
cuſtodes ciuitatis percuſſerũt me et vulnerauerũt me tu
lerunt pallium meum cuſtodes mnrorum fili e hieruſa


In tem poꝛe pa ſchali.
lem nunciate dile cto qui a amoꝛe langueo.
Aña.
o alleluya.
Eſcendi in oꝛtum meũ vt vide
rem po ma conuallium et inſpicerem ſi floꝛu iſſent vi=
ne e ⁊ germinaſſent mala punica reuertere reuer=
tere ſunamitis reuertere reuer tere vt intu eamur te.


In tem poꝛe pa ſchali.
te alleluya.

℣. Sancta dei genitrix. ℟. Intercede. Ad proceſſionē ante miſſam. ℣. Poſt partum. ℟. Dei genitrix. Et ſemper cum hac oꝛatione. Oꝛatio.

Concede q̃s omnipotens et miſericoꝛs deus fragilitati noſtre pꝛeſidium: vt qui ſancte dei genitricis et virginis marie ꝯmemoꝛationē agimus: interceſſionis eius auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundē dominũ. vel eundē chꝛiſtũ. ¶ Sabbato vero intra octa. aſſumptio. a natiui. btẽ marie dicat in introitu cho. de oibus ſctis aña. Saluatoꝛ mundi. cũ ℣ Letamini in dño. et cum oꝛone Infirmitatem. ¶ Oibus dñicis ab octauis ſctē trinitatis vſqȝ ad aduentum dn̄i quando fit plenum ſeruitiū de dn̄ica ad proceſſionem ante miſſam vnum iſtorum reſponſoriorū ſequētium per ordinem de trinitate ꝙ ad matutinas exeat proceſſio et redeat vt in dn̄ica .i. aduentus. vt ſ̄ dictum eſt.

Aña.


B Enedi cat nos de us de us
no ſter benedi cat nos de us. Et metuāt e=
um om nes fines
ter re. ℣. Deus miſerea tur noſtri et bene=
dicat nos deus. Et metuant. ℣. Glori a
patri et fi li o et ſpi ri tu i ſancto. Et.

Rem.


B Enedictus dominus de us iſra el


qui fa cis mirabi li a ſolus.
Et be nedictum no men maieſta tis e-
ius. In e ter num. ℣. Replebitur
maieſta te eius omnis ter ra fi at
fi at. Et be. ℣. Glo ri a patri et fi li-
o et ſpiri tu i ſan cto. In e.
Aña.
Quis deus magnus ſicut De us no-
ſter. Tu es De us qui fa cis mi-

r.j.


ra bi li a. ℣. Notam
feci ſti in populis virtutẽ tu am rede miſti in bra-
chio tuo po pulũ tu um. Tu es.
℣. Glo ri a patri et fi li o et ſpiri tu i
ſan cto. Qui. ℟m. M A gnus do-
minus et magna virtus e ius. Et ſa-
pienti e e ius non eſt
nu merus. ℣. Magnus dominus et


lauda bi lis ni mis et magnitudinis eius non
est finis. Et ſa. ṽ. Gloꝛia patri
et fi li o et ſpiritu i ſancto. Et ſa.
Rn. Gloꝛi a patri genito qꝫ pꝛo li
et tibi compar vtri uſ qꝫ ſem per
ſpi ri tus al me deus v nus.
Om ni tem poꝛe ſe cli. V9.
Da gaudioꝛum pꝛemi a da grati a rū mune ra
r.ij.


diſſolue litis vincula aſtrin ge pacis fe de ra.
Om ni. ℣. Glori a patri et fi li o et ſpi ritu i
ſan cto. Om. ℟. Honor. Gloria pa tri et fi
li o ⁊ ſpi ri tu i ſctō. Inp.
Ac. vtſ. ℟. m.
¶ In fe ri. ſacte trinitat.
I bi
laus tibi glo ri a tibi grati a rum ac-
ti o. In ſecula ſempi ter na o
be a ta trini tas. ℣. Et benedictum
nomen glori e tu e ſanctum et lau dabi le


et ſu per exal tatum. In. ℣. Gloria pa tri,
et fi li o et ſpiri tu i ſancto. In ſecula.
Rem.
Bene di camus patrē et fi li um cum
ſancto ſpi ri tu laude mus et ſuperexal te=
mus e um. In ſe
cula. ℣. Benedictus es domine in firma=
mento ce li et laudabilis et glori o ſus. In. Glo=
ri a patri et fi li o et ſpiritu i ſan cto. In. Sūme.

Require in feſto ſancte trinitatis. Et ſemp̄ tunc poſt ℞. ante crucem in eccleſia dicatur vna iſtarũ añatum de cruce/ et ſi de aliquo feſto fit pꝛoceſſio / licet ad veſperas in ſabbato pꝛoceſſio ante crucem facta non fuerit niſi tantum aliquod feſtum duplex in ipſa dominica contigerit. Antiphona.

Aña.


Adoꝛemus crucis ſignaculũ per qđ ſalutis ſũpſimus ſacramẽtũ.
Aña.
Saluatoꝛ mundi ſalua nos qui per crucẽ et ſanguinem re demiſti nos auxi li a re nobis te depꝛecamur de us noſter.

V. Hoc ſignum crucis erit in celo. Rm. Cum dñs ad iudicãdum venerit. Oro.

Adeſto nobis domine deus noſter et quos ſancte crucis letare facis honoꝛe: eius quoqꝫ perpetuis defende ſubſidijs. Per chꝛiſtum dñm noſtrũ. Deinde dicant preces conſuete vt ſ in dñica pꝛima aduẽtus domini. Quibus dictis/ dicatur in introitu choꝛi vna ex iſtis per oꝛdinem de ſancta maria aña. Beata dei genitrix. Aue regina celoꝛum Alma redẽptoꝛis mater. Specioſa facta es. Ibo mihi ad. Quam pulchꝛa. Infra aſſumptionem beate marie dicatur vna iſtarum añarum. Tota pulchꝛa es. Aſcendit chꝛiſtus. Anima mea. Deſcẽdi in hoꝛtũ meũ. V. Poſt partũ. Et ſemper cum hac oꝛatione. Cõcede queſumus miſericoꝛs deus.

vtš, que terminet ſic. **Per eundem.** ¶ In dedicatione eccleſie eat proceſſio ſicut in die penthecoſtes circumeūdo eccleſiā et clauſtrū/ tres clerici de ſuperiori gradu in medio proceſſionis in cappis ſericis dicāt proſam ſequētē hoc modo. Proſa.


Salue feſta dies toto venerabilis euo qua ſpō
ſo ſpon ſa iungitur eccle ſi a.
Hec eſt
aula de i pacis locus ⁊ requi e i hic ineunt inopes ad
ſalomonis opes. Fili us il le dauid qui nos ſi bi con
ſoci a uit hac in matre domo et deus eſt et homo. Co
pula celeſtis vos ſpiritua liter eſtis: ſic ſeruando fidem
eſſe ve litis idem. Vrbs noua hieruſalem deſcendens

Chorus idē repetat poſt vnūquēq; verſum.


ſpiritu a lem:at tulit oꝛnatũ lucis ab arce datũ. H unc
fide i fructum ſacro baptiſmate ductũ: da rex iuſtici e
celitus eccleſi e. F irma dauid turris/huc ſi pede ꝓpe:
re curris: inueni es in e a pignoꝛa ſydere a. H ec eſt
archa no e credentibus auxili a trix que vehit ad poꝛtũ
quos vehit vnda maris. H ec eſt ſcala iacob per quã cõſcẽ
dere celum credenti populo dat bona vita polũ. hoc ℟m.
In introitu choꝛi dicatur.
℟m.
T Er ribi lis eſt locus i ſte non


eſt hic a li ud ni ſi domus de i et poꝛta
celi ve re etenim domin⁹ eſt
in loco i ſto. Et ego ne
ſcie bã. In tēpe paſcha Alle lu ya
℣. Cumqꝫ e uigilaſſet ia cob quaſi de
graui ſom no a it. Vere.

Hac die non dicatur Gloꝛia patri. ℣. Beati qui habitant in domo tua dñe. ℟. In ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. Oratio

Deus qui nobis per ſingulos annos huius ſcti tēpli tui cōſecrationis reparas diē: ⁊ ſacris ſemꝑ myſterijs repꝛeſentas incolumes/exaudi pꝛeces populi tui ⁊ pꝛeſta: vt quiſquis hoc tēplũ bñficia petitur⁹ ingredit̃: cũcta ſe impetraſſe letet̃. Per. Dñica vero infra octa. ſi dñica fuerit ad pceſ. Terribil̃. cũ ℣. Cũqꝫ euigilaſ. vt ſ. ⁊ cũ Glia pa.

In vigilia ſcti andree.

et Ego. In paſcha. tpe cũ Alla in intro. chori de ſctã maria

IN vigilia ſancti andree apl'i. Si hoc feſtũ infra aduẽtum dñi vel extra ↄtigerit: fiat proceſſio ad. i. veſpe. poſt omnes memorias que habẽtur ad altare ſancti andree ſi habeatur / cum ceroferarijs et thuribulario a puero librũ deferente ante ſacerdotem ſine cruce / choro ſequente habitu non mutato cantando ℟. Rectoribus incipientibus cum ſuo verſu / itaqꝫ rectores chori incipiant ℟. hoc modo.

℟ in.


V
Ir i ſte in populo ſu o mitis ſi-
mus ap paru it ſanctitate au tem in grati a
ple nus. Iſte eſt qui aſſidu e o-
rat. Pro po pu lo et pro ciuita te
i ſta. ℣. Pro e o vt me diligerẽt detra-
hebãt mi hi ego autem orã bã. Pro po.

Nō dicat᷑ Gloria pa. Dū ꝟ. canit᷑ thurifi. ſacerd. altare illud deide ymagi. ſ. andree: ⁊ poſtea di. ꝟ. In om. ℟. Et in. Orō

MAieſtatē tuam queſumus dn̄e ſuppliciter exoramus vt ſicut eccleſie tue beatus andreas extitit predicator: ita apud te ſit pro nobis ꝑpetuus interceſſor. Per chriſtum dn̄m noſtrum. nec procedat nec ſubſequatur Dn̄s vobiſcū. ſed tantū Oremus. ante orōnē. Cū vero orō Maieſtatem. dicat᷑ ad .i. veſpas tūc ad proceſſionē dicat᷑ iſta Orō

QUeſumus oṗs deus: vt beatus andreas apl̄us tuū pro nobis imploret auxilium: vt a cunctis etiā periculis eruamur. Per chriſtum. In redeundo extra aduentū de ſancta maria. Infra aduentū vero dicitur de oībus ſctis Aña.


Saluator mundi ſalua nos omnes ſctā dei
genitrix virgo ſemꝑ mari a o ra pro nobis precibus
quoq; ſctōrū apoſtolorum martyꝝ et cōfeſſorū atq; ſan
ctarum v̄ginū ſuppliciter petim⁹ vt a malis oibus e=
ruamūr boniſq; oibus nūc ⁊ ſemper perfru i mereamur

In die ſcti nicolai.

℣. Letamini in dño ⁊ exultate iuſti. ℟. Et gloria. Oratio. Infirmitatē noſtrā q̄s dñe propitius reſpice/et mala omnia que iuſte meremur omniū ſanctorū tuoꝝ interceſſione auerte. Per dñz. ¶ Et eat proceſſio in om̄i feſto ſanctoꝝ ad .j. veſpas poſt memorias que habent̄ ſemel per annum quorū altaria in eccleſia cū ꝓprijs ℟is. ℣. de cōicū ℣. ⁊ orōne de ſctis: ita tamē ꝙ quādo orō de vigilia dicit̄ ad .j. veſpas vtſ̄ diximus: tūc ad proceſ.. dicit̄ orō. de die. Similiter quādo orō de feſto dicit̄ ad .j. veſpas tunc ad ꝓceſ. dicatur orō de cōi: niſi qñ de feſto ꝓpria habeat: vt in feſto ſancti nicolai et conſimilibus. Et ſemꝑ in reuertendo dicat̄ de ſctā maria: niſi quando de ea ad veſpe. prius fuerit memoria tūc eni dica. de oibus ſctis. In reuertēdo vtſ̄ notatū eſt.

¶ In die ſcti nicolai ad veſp. poſt memorias dictas eat proceſ. ad altare eiuſdem cūceroferarijs et thuribula. pueroli brū deferē. añ. ſacer. ſine cruce/cho. ſequē. hitu nō muta. cā. ℟m.


Ex eius tumba marmorea sacrum
re su dat o le um quo lini ti sa nan-
tur ce ci. Surdis audi tis red ditur. Et
de bilis quiſ qz ſoſ-


pes regre di tur.
Ca-
teruatim ruunt po pu li cer ne re cupi en-
tes que per eum fiunt mi rabi li a.
Surdis.

Cū suo ṽ. sꝫ sine prosa i hac processione.

Non dicatur **Gloria patri.** ṽ. canitur thurifican. sacerd. altare / deinde ymaginē sancti nicholai et postea dicatur vsi. sic. **Ora pro nobis beate nicholae.** ℟. **Ut digni effi.** Oratio.

Deus bonitatis auctor et bonorū dispensator: concede propitius: ut qui beati nicholai ꝯfessoris tui atqꝫ pontificis solemnia veneramur: eius patrocinio atqꝫ suffragio / maiestatis tue propitiatione consequamur. **Per xp̄m.** In redeūdo de oībus sctis. aū. **Saluator mundi** vt sup. ṽ. **Letamini in domino.** Orō. **Infirmitatē nostrā.** ¶ In conceptione beate marie virginis omnia fiant sicut in natiuitate verbis tamen mutatis in conceptione. **Si festum alicuius** sancti. ix. lecti. ab octaua epyphanie ad. lxx. vel ab octaua pasche vsqꝫ ad penthe. et a **Deus omniū.** vsqꝫ ad aduentum dn̄i in dn̄ica contigerit fiat seruitium de ipso festo cum ix. ℟io. cōis hystorie vel cum aliquo ℟io de hystoria ipsius festi si propria habeatur. In reuertendo scꝫ in introitu chori dicatur aliqua Aña. vel ℟. de sancta maria cum versu et orōne que tēpori conueniant. Tamē si fuerit festum maius duplex alicuius sancti. tamē in eundo et in introitu chori totum fiat de sctō. Dn̄ica vero infra octa. assumpti. ꝛ natiuit.

btē marie ſi dñica fue. in eũdo dicat̃ de ſctā maria ⁊ in introcho. de oib⁹ ſctis aña. **Saluatoꝛ mũdi.** Ꝟ. **Letamini in dño.** Oro. **Infirmitatē no.** qñ vero añ. **Saluatoꝛ mũdi.** dicat̃ ad veſpe. tũc ad ,pceſ. añ miſſam dica. hec añ. ſequēs hoc modo

Aña.


Te gloꝛi oſus apoſto loꝛum choꝛus te ꝓpheta rũ
laudabilis numerus te martyꝛũ cãdidat⁹ lau dat
ex er citus te oẽs e lecti voce cõfiten tur v
nanimes be ata trinitas vnus deus.

cũ Ꝟ. et oꝛ. ꝓdi. de oib⁹ ſcis. ¶ Sanctoꝝ fabi. et ſeba. ſi do. fue. ad ,pceſ.

Rꝫm.


Elegit do mi nus vi rum de
ple be et clari ta tem viſi onis e terne
dedit il li celebꝛemus ſolemnita tem


ſe ba ſti a ni mar ty ris. Gau dium ſit
in ce lo. Et in ter ra pax in homi-
ni bus bo ne volun ta tis.
V. Bea tus es et bene tibi e rit e gregi e
de i martyꝛ ſe ba ſti a ne.


Gaudium ſit in ce.

Gloꝛia patri. Et in terra. In introitu choꝛi de ſancta maria.

Sancte agnetis virginis ſi dominica fuerit ad pꝛoceſſionem. ℟. ℟m.


Ndu it me do mi nus veſtimen to
ſa lu tis et indumento le ti-

In die ſancti vincētij.


ci e circunde dit me. Et tanq̄ ſpōſam deco
ra uit me co ro na. ℣. Tradidit au
ribus me is ineſtimabiles marga ri tas et cir
cundedit me vernantibus atq̄ choruſcantibus gem



Et tanq̄ ſpon. Gloria. Et intra. In introitu chori de ſctā maria. ¶ Scti vincētij ſi dñica fuerit ante. lxx. fiat ꝓceſſio ſicut in. j. dñica aduētus ad proceſſionē dicatur ℟. ſequens.

℟m.


P
Reci oſus martyr vincen
ti us iuſſu tyran ni ad lectum defertur no
uis de nuo ſup plici js ſubden dus


Mox ergo chriſti teſtis inuictus in ſtra tu mol-
lici e repo ſitus preci o ſam in mor tem
reſolu tus Re di dit celo
ſpi ri tum. V. Daci a no fruſtra co-
gitante de ſuppli ci o benignus deus pi e
diſponit de pre mi o. Mox ergo. V. Glori a
pa tri et fi li o et ſpi ri tu i
ſancto. Red didit.

In introitu chori de ſancta maria dicat. ¶ In cõuerſione ſancti pauli ſi dñica fuerit ad proceſſionem dicatur ℟. ſequens.

In cõuerſione ſancti pauli.


Rꝫm.
Cele bꝛemus cõuer ſi o
nem ſancti pauli a poſto li. Quia hodi e
ex perſecu to re ef fe ctus eſt vas e le=
cti o nis. ℣. Gaudent angeli et ex=
ultant archangeli et collaudãt in celis fi li um
de i. Quia hodi e.

Gloꝛia patri, Quia hod. In introitu choꝛi de ſancta maria. In purificatione beate marie cantata hoꝛa ſexta fiat benedictio luminis ſolemniter a pontifice vel a ſacerdote cappa ſerica induto cum aliis indumẽtis ſacerdotalibus: et ſuper ſupꝛemum gradum altaris conuerſo ad auſtrale incipiente hoc modo.

¶ Sequitur ſtatio.



¶Statio dum benedicuntur candele in die purificationis marie/a pontifice vel a ſacerdote incipiente hoc modo.



Dominus vobiſcũ. Chorus. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

Bene ✠ dic dñe ieſu chriſte hanc ✠ creaturã cere ſupplicantibus nobis et infunde ei per virtutem ſancte crucis benedictionẽ celeſtẽ: vt qui eam ad repellendas tenebras humano vſui tribuiſti/ talem ſignaculo ſctẽ crucis tue foꝛtitudinē ⁊ benedictionem accipiat: vt quibuſcunqꝫ locis accenſa ſiue appoſita fuerit/ diſcedat diabolus et cōtremiſcat et fugiat pallidus cū oībus miniſtris ſuis de habitationibus illis nec pꝛeſumat amplius inquietare ⁊ finiatur ſic



ſeruiētes tibi. Qui cū deo patre et ſpiritu ſancto viuis



et regnas deus. Per omni a ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Et dicantur oēs orōnes cū Oꝛemus. ſub eodē tono nō dicat' Dn̄s vobiſcū. niſi an̄ pꝛimā orōnē tātū Oꝛemus. Oꝛatio.

DOmine ſancte pater op̄s eterne deus qui omnia ex nihilo creaſti et iuſſu tuo per opera apū hunc liquoꝛē ad perfectionē cereoꝛū venire feciſti: vt qui hodierna die petitionē iuſti ſymeonis impleſti: te hūiliter depꝛecamur: vt has cādelas ad vſum hominū ſanitatē coꝛpoꝛū et aīarū pꝛeparatas: ſiue in terra ſiue in aquis per inuocationē ſctiſſimi noīs tui et per interceſſionē ſctē marie ꝩginis: cuius hodie feſta deuote celebꝛātur et per p̄ces omniū ſanctoꝛū tuoꝛum bene ✠ dicere et ſanctificare digneris: vt ⁊ huius plebis tue que illas honoꝛifice in manibus poꝛtare deſiderat/ teqꝫ laudādo exultādo exaudias voces de celo ſctō tuo et de ſede maieſtatis tue/ ⁊ pꝛopitius ſis omnibns clamantibus ad te quos redemiſti pꝛecioſo ſanguine filij tui. Qui tecum viuit et gloꝛiat' deus. Per oīa ſcl'a ſcloꝝ. Oꝛemus. Oꝛatio.

OMnipotēs ſempiterne deus qui hodierna die vnigenitū tuū vlnis ſcti ſymeonis in templo ſancto tuo ſuſcipiēdū pꝛeſentari voluiſti: tuā ſupplices dep̄camur clemētiam vt hos cereos/ quos nos famuli tui in tui noīs magni ficentia ſuſcipiētes geſtare cupimus luce accenſos bene✠dicere et ſancti ✠ ficare atq; lumine ſup̄ne bn̄dictionis accendere digneris quatenꝰ eos tibi dn̄o deo nr̄o offerendo digni ⁊ ſctō igne dulciſſime claritatꝫ ſuccēdi in tēplo ſctō glie



tue rep̄ſentari mereamur. Per eundē dn̄m nr̄m ieſū xp̄ꝫ filium tuū qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpiritꝰ ſcti deus.

PEr omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Surſū corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus domino deo noſtro. Dignū et iuſtū eſt. Vere dignū et iuſtū eſt equū et ſalutare: nos tibi ſemper et vbiq; gratias agere domine ſancte pater


omnipotens eterne deus fons et oꝛigo toti us luminis
qui mundum illuſtraſti lumine tu e claritatis mittendo
nobis vnigenitū tuum per vterum intemerate virginis.
Et quem longe ante pꝛomiſſum pꝛophetarū oꝛaculis tēpo
ribus nouiſſimis miſiſti lucem populis ſe dentibus in
te nebꝛis. Te ergo domine depꝛecamur vt has can-
delas nomini tu o pꝛeparatas tu a benedicti o ne di-
gneris bene ✠ dicere qui nos tranſtuliſti a poteſta te


tenebꝛarum in lucē dilecti fi li j tu i et regnū. Per quē
exoꝛtum eſt in tenebꝛis lumen rectis coꝛde et gaudiū ſa=
lutis e terne. Et qui iuſti ſyme o nis impleſti expecta
tionē vt nō pꝛius videret moꝛtē quā eiuſdē chꝛiſti fi li j
tu i viſibilem incarnationem totius mundi lumen et ſa=
lutem nos lumine tu e claritatis ſic reple as vt omnes
in fide li ta tis tenebꝛas a nobis repellas: et ſicut ſeruū
tuum hodi e dimi ſiſti in pace: ſic nos in pace eccle ſi e



tue ſancte digneris gubernare ad poꝛtũ quietis eterne valeamus intrare. Quaten⁹ radiis vere lucis ꝑfuſi ibi in die examinis leti cũ hymnidicis angeloꝛũ choꝛis valeamus videre faciem indefeſſi ſolis.

Hic mutet vocẽ ſuã quaſi legendo ſic. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpũs ſancti deus. Per oĩa ſecula ſeculoꝛũ. Amen

Hic aſpergant candele aqua benedicta ⁊ thurificet deĩde ſe



Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛo.

DOmine ſancte pater omnipotens lumen indeficiẽs/ qui es conditoꝛ omnium luminũ: bene ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honoꝛem noĩs tui poꝛtandum: quatenus a te ſanctificati atqꝫ bñdicti luminis tue claritatis accendamur et illuminemur: ⁊ ꝓpitius cõcedere digneris/ vt veluti eodem igne quondam illuminaſti moyſen famulum tuũ: ita illumines coꝛda noſtra et ſenſus noſtros/ quaten⁹ ad viſionẽ eterne claritatis ꝑuenire mereamur. Per xp̄m.

OMnipoꝛens ſempiterne deus: qui vnigenitũ tuũ ante tempoꝛa de te genitũ/ ſed tẽpoꝛaliter de maria virgine incarnatū lumen verū et indeficiens ad repellēdas humani generis tenebras et ad incēdendū lumen fidei ⁊ veritatis miſiſti in mundū: concede propitius: vt ſicut exterius corporali ita ⁊ interius luce ſpirituali irradiari mereamur. Per eundē chriſtū. ¶ His dictis ſacer. cū ſuis miniſtris deſcēdat ad gradū ⁊ ſi ep̄s preſens fuerit officium exequatur et in ſedē ſuam ſe recipiat. Deinde accendantur candele et diſtribuantur cantore incipiente hanc añ. ſequē. hoc modo.

Aña.



Lumen ad reuelati onem gentiū et gloriā plebis



tu e iſra el. p̄s. Nunc dimittis ſeruū tuum domine. Se



cundum verbum tuum in pace.

Repetat̄ aña. poſt vnū quēq3 verſum. Quia viderūt ocli mei ſalutare tuū. Quod paraſti ante faciem omniū populorū. Lumen ad reuelationē gentium et gloriā plebis tue iſrael. Gloria patri. Sicut erat. Si neceſſe fuerit reincipiat̄ p̄s. cū añ. Deinde eat proceſſio ſicut in die natiuitatis domini ſinguli clerici cum cereis ardentibus in manibus ſuis. Adiecto q̄ vnus ſacriſtarum in ſuperpellicio poſt thuribularium ante ſubdyaconū deferat cereum cum alijs benedictum & ſui benedictionis fontiū in vigilia paſche ⁊ penthe. ſpecialiter reſeruat̄ cātore incipiē. Aña.



Aue grati a ple na de i


ge nitrix virgo ex te enim oꝛ tus eſt ſol
iu ſti ci e il lumi nans qui in tene bꝛis
ſunt le ta re tu ſe ni oꝛ iu ſte ſuſcipiens in
vl nas libe ratoꝛem anima rum no ſtrarum donā-
tem nobis et reſurre cti o nem.
Aña.
Adoꝛ na thalamū tu um ſy on et ſu-
ſcipe regem chꝛi ſtum amplecte re ma-
ri am que eſt ce le ſtis poꝛ ta ip ſa


enim poꝛ tat regem gloꝛi e nouo lu-
mine ſubſiſtit virgo adducens in manibus fi lium
ante lu ci fe rum quem acci piens ſyme-
on in vlnas ſu as pꝛedi cauit popu lis
do minũ deum eſ ſe vi te et moꝛtis
et ſal ua to rem mun di.
Alia antiphona.
Aña.
R Eſponſum accepit ſymeon a ſpiri tu
ſancto non viſurum ſe moꝛtem niſi videret

In die purificationis.


chriſtum domini et cũ inducerẽt puerum in
templo accepit eum in vlnas ſuas et benedi-
xit de um et dixit. Nunc dimittis do-
mine ſeruũ tuum in pace.
Hodie bea ta virgo mari a puerũ ieſum preſentauit
in templo et ſymeon repletus ſpiri tu ſancto acce-
pit eum in vlnas ſuas et be nedixit de um et di-
xit. Nũc.
Vide te mi racu lum

Tres clerici ſeniores in pulpito conuerſi ad populũ in cappis ſericis ſimul cantẽt hunc verſum. Verſus.

In introitu chori dicatur hoc R̃m.


ma tris domi ni concepit vir go viri lis igna=
ra con ſoꝛti j. Stans onera ta nobi=
li o ne re mari a et matrem ſe letam co=
gno ſcit que ſene ſcit v xo rem. ℣.
Hec ſpecioſum foꝛma pꝛe fili js hominū
caſtis concepit vi ſceribus et benedicta in eternum
deum nobis pꝛotulit et hominem. Stās.

℣. Suſcepimus deus misericoꝛdiā tuam. In medio. Oꝛo.

Exaudi q̄s dn̄e plebē tuā et que extrinſecus annua tribus deuotione venerari: interueniēte beata dei genitrice semꝑqꝫ virgine maria interius aſſequi gratie tue lucē ꝯcede. Per eundē chꝛi. ¶ Sctē agathe virgis si dñica fuerit ad ꝓcel. ℟ Regnū mundi. In intro. choꝛi de sctā maria

¶ In annunciatione btē marie in quacūqꝫ feria contigerit eat pꝛocessio sicut in festis maioꝛibus duplici. cantando o ℟.


Chꝛisti virgo dile ctis sima vir-
tu tum o pe ra trix opem fer mise-
ris. Subue ni do mina claman ti bus ad
te iugi ter. Al le-
lu ya. ℣. Quo ni am pecca to-
rum mole pꝛemi mur et non est qui ad iu uet.
Subue. ℣. Glo ri a patri et fi li o et spi-



Subue. In reuertendo de oĩbus ſctis añ. Saluator mũdi ℣. Letamini in dño. Orõ. Infirmitatẽ noſtrã. In tempore paſchali. Chriſtus reſurgẽs. cũ ſuo ℣. a toto choro ℣. Surrexit dñs de ſepulchro. Orõ. Deus qui per vnigenitum tuũ. ¶ Sancti Georgij martyris ſi dñica fuerit ad proceſſionẽ. ℟. Filie hieruſalẽ. In introitu chori de ſctã maria quere predictũ ℟. in cõi vnius martyris tempore paſchali. ¶ Sancti marci euãgeliſte ſi dñica fuerit ad ꝓceſſio. Candidi facti ſunt, require hoc ℟. in cõi vnius apl'i in paſchali tpe. In introitu chori de ſctã maria. Et tũc nihil fiat de ieiunio nec de proceſſione que ſolet fieri ipſo die propter dñicã illo anno. Si hoc feſtũ in aliqua feria poſt octa. paſche contigerit tũc fiat proceſſio poſt magnã miſſam de ſancto marco. Hoc modo ordinet' proceſſio ad gradũ chori ſicut in ſimplicibus dñicis dũ hora. ix. cant'/ qua cantata incipiat cãtor aña. Exurge dñe. et cantet' a toto choro loco nec habitu mutato in ſtallis anteq̃ exeat proceſſio deinde ſequãt' oẽs añe per ordinẽ ſicut in ſcd̃a feria in rogatio. et exeat ꝓceſ. eodẽ modo et ordine quo in. ij. feria in rogatio. ſed abſq; leone et drachone ad aliquã eccleſiã in vrbe vel in ſuburbio/ et dicat' miſſa dñicalis vel miſſa de pace vel Salus populi. pro diſpoſitione cantoris vel pro quacũq; neceſſitate cũ memoria de feſto loci et de omnibus ſctis et cum vno all'a. tãtũ cãtat' miſſa: tres clerici de ſuperiori gradu habitu non mutato dicãt hanc letaniam Kyrie qui precioſo. In redeundo ad eccleſiã propriã et finiatur ad gradum chori deinde dicat ſacer. ℣. Vox letitie exultationis. Orõ. Preſta queſumus om. deus vt in. ¶ Sancte vitalis mar. ſi dñica fuerit ad ꝓceſ. ℟. Filie hieru. In intro. cho. de ſctã maria. ¶ Apl'or. philippi et iacobi ſi do. fue. ad ꝓceſ. Cãdidi fa. in intro. cho. de. ſ. maria

In invētione ſctē cruccs.

IN inventione ſctē crucis ad .j. veſpas poſt memorias eat proceſ. ordina. cū cerofera. et thuribul'. ante crucē per mediū cho. ſine cruce cantā. añ. ſequētē rectore incipiē.


O
Crux glori o ſa o crux a do-
rāda o lignum precio ſum et ad
mira bi le ſignū per
quod et di a bo lus eſt victus et mundus
christi ſan guine redēptus alle-



Et finiat cū alla. quā docūqʒ dicat' cū Alla. Dum aūt canit thurificet ſacerdos crucē & poſtea dicat. ℣. Dicite in nationibus. Orō. Deus qui ꝑ nobis filium tuum. vt ſupra in die paſche ad veſperas. In introitu chori de ſancta maria. ℣. Sācta dei genitrix. Oratio. Gratiam tuam. Si hoc feſtum poſt diem aſcenſio. dñi celebret tunc orō Concede q̄s miſericors deus. loco Grām tuā.

dicetur. Si hoc feſtum in ſabbato contigerit: nulla fiat proceſſio nec vlla memoria niſi de ſequenti dn̄ica tantū. Si vero in die aſcenſionis euenerit differatur in craſtinum/ ad ſecundas veſperas de aſcenſione fiat ſolemnis memoria de cruce procedendo ante crucē cū hac añ. O crux glorioſa. et non dicat̄ O crux benedicta. propter nimiam ſuam breuitatem. ℣. Hoc ſignum crucis erit in celo. Oratio.

